

















1629.

Ostermannus, Petrus et Maess, Arnaldus: De fidu-  
ciis

1663.

Besten, Joannes Hieronymus et Ströken, Henricus, viri: De  
utilissima et quotidiana "encapionem et praescriptionem  
materia.

1690.

1. Kley, Wilhelmus et Nabben, Joannes: De pignoris  
et hypothecis.

2. Kley, Wilhelmus et Nabben, Joannes: De foro compe-  
tenti.

1691

Kley, Wilhelmus et Nabben, Joannes: De homicidio.

1782.

Hamm, Franc. Gabriel et Bartman, Theodorus Buz.  
charrus: De pertinentiis.



1787.

Lomborg, Josephus Vitalianus: De illius Lato jure

Te non appellando archiprincipum S. R. I. Lectorum

in genere et serenissimi Coloniensis in specie.



6

1817

Handwritten text, possibly a signature or name, in cursive script.





757  
Lieber Herr  
Ihre  
gütige  
Antwort  
vom  
10ten  
dies  
ist  
mir  
zu  
viele  
Dank  
zu  
sagen  
ich  
habe  
sie  
mit  
Freude  
entgegengenommen  
und  
bin  
zuversichtlich  
dass  
ich  
von  
Ihnen  
noch  
viele  
Güter  
erwarten  
kann  
Ihre  
ergebene  
Dienstadt  
verpflichtete  
Frau  
v. ...





12440.

53.1  
1629

QVOD DEVS TER OPT. MAX. FELIX  
FAVSTVMQVE ESSE VELIT.

DISPVATIO IVRIDICA

De

# FIDEIVSSORIBVS.

QVAM

*Consensu Nobiliss. ac Amplissimi Ictorum Collegij in  
celeberrima Agrippinensium Vniuersitate*

PRÆSIDIBVS

*Clarissimis & Consultissimis Viris ac DD.*

Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &  
Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,  
respectiue Dictatore & Fisco.

*Publicè sed Placidè*

OMNIBVS

*Veritatis, Iustitiæ, sui studiosis ventilandam, &  
discutiendam proponit*

ARPOLDVS PHILIPPVS KOPFFIUS Hanouiensis,  
in Ictorum Acroaterio.

Anno 1629. ad diem

horis solitis.



2.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.



*All' Illustrissimo, & Generosissimo Conte & Signore*  
**IL SIGNORE ANTONIO**  
**GVNTHERO, CONTE IN OLDENBURG**  
**& Delmenhorst, Signore in Iheueren &**  
**Kniphausen,**

Signore & Conte mio clementissimo.



Na delle cose Illustrissimo & Generosissimo Conte, Signore mio Clementissimo, ch'io bramo, & grandamente desidero in questo mondo, è di potere alcunamente dimostrare il molto grato, & diuotissimo animo à V. A. Illust. come persona conoscente di molti fauori, grazie, & benefici, che da Lei hà ricevuta & propria mia bassa persona, & tutta la casa nostra: Perche considerando humilissima mente quanti infiniti fauori, & fauorevoli grazie V. A. Illust. al mio Padre carissimo, mentre ch'egli è stato seruitore di Lei, per singular Clemenza, & piacevolezza hà fatta, ed anchora ogni dì ne fa, nõ le posso mai assai per la grandezza di loro in pensier mio cõseguire, molto meno con parole, come conuiene, esprimere, ne con lodi degne sufficientemente predicarle. Perciò hò spesse volte pensato a' modi da poter dichiarare à V. A. Illust. ch'io nell' animo mio ne sento, con alcuna apparente operetta: Or non sapendone trouare alcuno di cui io mi soddisfacessi, hò presa cagione, di darne un picciol segnaluzzo in presentare à Lei, questa Disputazione Iuridica, contenente la molto difficile, & nel foro troppo praticata materia DE FIDEIVSSORIBVS. Laqual presento con debita humilissima riuerenza, & V. A. Ill. prego suppliche volmente, quanto piu efficacemente posso, che riguardando con. l' usata sua clemente benignitade à quel desiderio, ch' à far ciò mi muove, si degni ricevere, & accettar questa mia vile opretta, & con questo facendo fine baccio riuerentemente le potenti & cortesissime mani di V. A. Ill. & raccomando la mia molto bassa persona nelle sue buone, & benigne grazie, pregando con. ogni diuotione Iddio, che non solo La conserui lungamente sana, & felice, mà accrescono in Lei ogni dì piu tutte le sue diuine grazie à gloria del suo santissimo nome, à maggior grandezza della sua Illustrissima casa, & à beneficio de' suoi soggetti tutti. Di Colonia il giorno 28. di Martio, 1629.

Di V. A. Illust. &  
Generosissima

Humilissimo, & diuotissimo  
Seruitore & Creato

Autore & Risp.







integrum loquitur Vlp. in l. 1. de restit. int. Imò si tale aliquid animo trutinarem, verendum esset, ne mihi idem contingeret, quod Sophistæ cuidam apud *Plutarch. in Apophi.* cui cum scripti alicuius adornaret recitationem, & Antalcidæ de argumento eius interroganti responderet Herculis encomium esse, scitè ac prudenter Antalcidas quis vnquam illum vituperavit, scil. quod superuacaneum iudicaret in ea re commendanda desudare, in cuius commendatione occupati essent ferè omnes. Necessitas fideiussionis ex eo plus satis apparet, quod hac sublata commercia, quibus respUBLICÆ nullo modo carere possunt, aut planè è medio tollerentur, aut certè non parum impedirentur: Nemo quippe ( præcipuè hisce exulceratis temporibus, vbi Indies credita & debita cumulari quamplurima, diuitias vero, ac maximè fidem decrescere videmus ) alteri pecuniam crederet, nisi fideiussione de credito recipiendo fieret certior. Frequentiam illius in foro qui ignorat, adeat fori tribunalia, & videbit vix de vlla alia tot lites, & controuersias, quàm de hac ipsa moueri materia, cuius testes sunt locupletissimi tam Patroni causarum, quàm ij qui pro tribunalibus sedent, & decisionibus causarum intersunt. Ne itaque solem illustrando superuacuis laborem impendijs, ceu dicitur, c. 7. ca. 6. q. 1. hac de præsentis nostræ materiæ excellentia dicta mihi sufficiant, plura desiderans iubeat vino vendibili apponere hederam, ardeat & audeat

————— addere Marti

*Fortem animum, flammamq; Ioui, Veneriq; nitorem*

3. Hinc apparet qualis sit cantus illorum, & quo numero, vel loco habendus qui fideiussionem planè illicitam, contra rationem, contra pietatè, imò ipsum Deum esse ad rauium vsque clamant, quos vide apud *Ant. Hering: in absolutissimo suo Tractatu de fideiussorib. c. 1. Molin. de vsur. quest. 31. Couarr. 3. ref. 2. c. 2. n. 6.* Nam libenter concedimus frequentem & inconsultam fideiubendi facilitatem meritò relegandam procul esse, siquidem ea re patrimonium etiam ditissimorum multoties eneruari, atque exhauriri, crebroque opulentos ad voluntariam, extremâ cum miserâ, egestatem redigi videamus, vt loquitur *Valent. Franc. in suo tract. de fideiuss. in prolegom. n. 6. & H. lig. 15. D. E. 48. lit. A.* Quo etiam fit, vt fideiussio vocetur causa futuræ paupertatis ab *Angel. in l. in personam § qui pecuniam. ff. de pact. & ij qui fideiussionibus nimium indulgent, res suas iactare & perdere (vt ex l. 1. in d. l. in personam. n. 3. & seq. id probat, Heig. ad rubric. Inst. h. r. n. 5. & seq.) suaq; substantia malè vti dicatur, à *Gail. 2. obs. 83. n. 15. Hart. Hartm. lib. 2. pract. obs. t. 30. obs. 1. n. 7.* cum vix sit, vt per fideiussionem quis non implicetur litibus, & negotijs, *Bach in not. ad Treut. 2. disp. 28. thes. 2. lit. C. Gadd. de cont. stip. c. 7. concl. 17. n. 30. Hering. d. tr. c. 7. n. 160.* Verum enimvero inde non sequitur hoc vitio huius contractus esse adscribendum, sed potius debitoris perfidiæ, aut inopiæ, vel fideiussorum facilitati, quod ita temerè & confidenter sponderint. Nam non meretur ille veniam, qui sibi ipsi, & quidem ultra vires*



vires patrimonij satisfationis necessitatem imposuit, *l. 7. §. 1. in fin. qui satisfd. cog.* quia sic commodandum est alijs, nobis vti inde non fit afflictio, *2. Cor. 8. vers. 13.*

4. Quamobrem temerarias solùm, & inconsultas sponsiones cum *Salomone Prou. c. 6. v. 2. c. 11. v. 15. c. 17. v. 18. c. 20. v. 16. c. 22. v. 26. 27. c. 27. v. 13.* longa oratione eas quoque dissuadente, reijcimus, non verò illas, quæ cum grano salis ob euidens alterius commodum cautè suscipiuntur. Pium enim est & humanum proximo opitulares præbere manus, & beneficio hominem affici hominis interest. *l. 7. in fin. de seru. exp.* Nec propter rei abusum, res statim ipsa in totum debet æstimari vitiosa.

5. His tanquam præparatorijs, quæ nequaquam erant prætereunda, præcognitis, nunc vltiori abiecto antipagamento in adyta ipsa materiæ nostræ recondita penetrabimus, & ne sicut iumenta simus, quæ ad iugum molæ versant, quid versent, non intelligunt, *Scalig. Exerc. 359. sect. 11.* ostendemus, quo versaturi simus ordine, eo nimirum vt visâ primùm notatione nominis, definitioneque excussâ, fiat progressus ad diuisionem, & personas, quæ fideiubere, vel minus possint: Dein lustrentur obiectum, seu materia, forma, finis, effectus, & denique contraria, siue modi, quibus dissoluantur fideiussio.

6. Auspicamur igitur ab Etymologia (notatione, seu, vt *Cicero* vertit, veriloquio) cum de fideiussoribus acturos prius nosse oporteat, vnde eorum nomen descendat, *arg. l. 1. de Iust. & Iur.* Estque solemne hoc & familiare Ictis, quorum actio nostra debet esse institutio, notitiæ rei præmittere principia nominis, & à notatione vel allusione ordiri, *l. 1. de reb. cred. l. 1. de acq. vel amit. poss. l. 1. de furt. Hering. c. 2. n. 4. VVarem. de Erenberg. 1. pro fæder. 3. nu. 2. & seq.* Exinde enim vim, ac substantiam rerum inuestigare possumus, *Fab. in ration. de Iust. & Iur. lit. B. Gædd. in pr. ad Rubr. de V. S. & ex nominis intelligentia sæpenumero in rei prouehimur perceptionem, Scalig. exerc. 1. sect. 1. verborum autem neglectus rerum parit incertitudinē. Oldend. cl. 4. act. mand. Ruckius de vnion. prol. c. 1. n. 2.* Et facile in rebus ipsis errat, qui rerum vocabula non curat rectè intelligere, *Giphan. in præfat. præfixa. part. feud. Rittersh. Potior itaque rerum, sed prior verborum cura esse debet. l. 7. de suspect. leg. Hopper. 1. de Elem. Iur. Arum disp. feud. 1. thes. 21.*

7. Dicitur autem Fideiussorem à fide & iussu seu iussione consentiens omnium sententia est. *Ant. Hering. d. tr. c. 2. n. 11.* Sic dictus ab eo, quod fide suâ, & periculo iubeat credi debitori, siue quod fidem suam pro alio obliget apud creditorem, *l. 27. §. vlt. ad S Ct. Vellei.* Nihil enim fideiubere in iure nostro aliud est, quam fide sua iubere, *l. 60. §. 1. mand. fidē suam pro alio adstringere, l. 12. §. 1. in fi. h. t. l. 1. C. eod. l. 6. C. mand. fidem dicere, l. vlt. §. vlt. ff. mand.* Sumitur verò fideiussor à Dd. nunc in generali, & latiori, nunc in specialiori & strictiori significatione. In priori significatione omnis is dicitur fideiussor, qui se pro alterius obligatione debitorem constituit, & fidem suam



pro alio quouis modo interponit, *l. 7. §. 8. de dol. mal. l. 30. §. 1. de pact. l. 4. ibiq.*  
*Goth. de cond. cau. dat. l. 8. §. 2. ad SC. Vell. l. 9. de præscr. verb. Franc. d. tr. c. 1.*  
*n. 3. siue sit fideiussor, siue mandator, l. 71. h. t. facit l. 32. vers. in summa. mand.*  
*Nou. 4. c. 1. Franc. d. c. n. 10. Siue Sponsor, d. Nou. l. pen. de al. lus. l. 7. de V. S.*  
*Franc. d. c. n. 22. Siue Constitutor, d. Nou. Franc. d. c. n. 26. Siue Expromissor,*  
*l. 7. §. 8. de dol. l. 5. §. 2. de V. O. l. 43. de solut. & lib. Azo in summa. C. h. t. n. 1. & 2.*  
*VVes. in π. n. 2. ff. eod. Treutl. 2. disp. 28. th. 1. lit A. & ibid. Bach. Cui. 13. obs. 35.*

8. Sed vt ad rem propius accedamus oportet, ideoque ne per incognita procedamus, sed maiorum vestigia potius sequamur, quod optimum esse videtur *Sen. in pr.* qui pene omnes post definitionem nominis, definitionem ipsius rei, de qua sibi agendum proposuerunt, prius pertractarunt, quia sine illa ad reliqua sperare, vel aspirare non possumus, vt tradit *Sagittar. 6. dec. 2. axiom. logic. axiom. 1. & 2.* nunc ordine subiungemus fideiussoris (pro ut is in strictiori vsurpatur significatione, & iuri ciuili conuenienter dicitur) definitionem, ex qua tanquam potissima rei parte, *l. 1. de O. I. & totius dissertationis fundamento, Euerh. in top. loc. à definit. in fin. vis & natura eius inuestigari poterit, Ioh. Ram. in Elench. Iur. lib. 1. ax. 2. Euerh. d. loc. & animaduertetur quid sit id, de quo disputatur, Cic. 1. offic. Interim tamen ne fastidiosi, prout *Ioh. Garron. in rubr. de caus. poss. Ioh. Fab. in. §. ex non scripto. I. de. I. N. G. & c.* aut supersticiosi videamur, sicut *ex Galen. refert Duar. c. 8. de probat.* in omnibus ICTos potius quam barbaros Sophistas imitari volumus cum *Ludou. Charond. 3. verosim. 10. & Vult. ad pr. I. de testam. ordin.**

9. Definimus igitur fideiussorem (de quo nunc agi institutum est) propriè eum, qui creditori stipulanti alieno nomine, id est, pro alio debitore promittit, in eum finè, vt quod in obligationem deductum tutius creditori debeat, salua nihilominus manènte principalis debitoris obligatione, *in pr. I. h. t. §. fideiussores. I. eod. §. vlt. I. de replic. l. 1. §. 8. ff. de V. O. l. 5. §. sat. acceptio. de V. O. l. 8. 16. 47. §. 1. l. 65. l. 70. §. 3. h. t. l. 12. 23. C. eod. l. 27. §. vlt. ad SCt. Vellei. Treutl. 2. disp. 28. th. 1.* Duobus enim modis idoneè cauetur, pignoribus & fideiussoribus, quo utroque simul, vel eorum alterutro, ei cum quo nobis res est, cauemus, vt is de eo, quod inter nos actum est, fiat eo securior; *Vult. in pr. I. h. t.* Maximè autem sibi prospicit, qui fideiussorem pro debitore sibi obligat, vt cum fortè fortuito facultatibus lapsus fuerit debitor (quod hodie non est infrequens) nihilominus suum consequi possit creditor ab eo quem sibi pro debitore obligauit, *d. §. fin. I. de replic. l. 1. §. Sed aut proprio. de O. & A. Franc. c. 3. nu. 155.* Vnde fideiussionem nihil aliud esse quam solutionis securitatem, inquit *VVesenb. in parat. h. t. n. 4.* Nec fideiussores in contractibus priuatorū nisi maioris securitatis causa adhiberi, refert *Schneid. in rubric. in fin. I. h. t.* Et quod pignus in re est, idem esse fideiussionem in homine, *Matth. Staph. in œcon. Iur. ciuil. 3. c. 50. num. 1.* Inter belli duces, quando subiguntur hostes ad foedera sancita firmanda, vel in fidei pignus obsides dari solent, *Gail. 2. de P. P. c. 2. n. 10.* Exempla in historijs obuia. Sic enim



enim Franciscus Galliarum Rex, filios Franciscum & Henricum adhuc par-  
uulos obsides Carolo V. in Hispania reliquit. *Schleid. lib. 6. Bodm. 5. de Re-  
publ. 6. n. 595. Hill g. 15. D. E. 49. lit. B.* Et in fœdere inter Henricum II. Regem  
Gallorum, & Mauritium Elect. Sax. Albertum Brandenburg. & VVilhelmū  
Hassia Landgrauium contracto, Gallo dabantur obsides Christophorus  
Mechelburgicus, & Philippus Landgr. Hassia iunior. *Schleid. lib. 24. VVa-  
rem. de Erenberg. 2. profader. 1. n. 170.*

10. Genus in definitionis declaratione iure præmittimus. Est enim ex  
communibus, *Scheibl. exerc. 17. ax. 2.* quæ prioribus ponenda lineis, *Phil.  
Matth. ad rubric. tit. de Reg. Jur. n. 12. Zabar. ll. de natur. leg. 1.* Adferimus au-  
tem verum & proximum fideiussiois genus esse stipulationem, eamq; non  
aliter nisi per stipulationem solemnem tanquam per suam formam fieri  
posse putamus, *per l. 12. c. h. t. l. 5. §. 2. de V. O. l. 2. §. pen. ibi verbis obligationis de  
adm. rer. ad. ciu. pert. l. 32. mand. l. 33. §. 3. C. de. Epif. & Cleric. l. 4. §. vlt. de fidei. &  
nom. l. 75. §. 6. de verb. obl. l. 8. l. 34. h. t. adeoq; fideiussio facta semper cum sti-  
pulatione facta præsumitur, l. 30. ibiq; Acc. de verb. obl. g. Franc. c. 1. nu. 7. &  
c. 4. n. 53.* alioquin nullius erit momenti, nec fideiussor constitutus censebi-  
tur, qui præsens se fideiussorem nominari audiit, & tacuit, sed qui expres-  
sim consensit, *Hering. c. 7. n. 32. Hillig. d. c. lit. C.* Omnino namque vt fide-  
iussor obligetur, requiritur sua promissio, ex qua teneatur, *l. 70. §. 2. in fin.  
h. t. nec alius vllus eum obligandi modus est nisi obligatio verborum Hart.  
Hartm. 2. t. 30. obs. 4.* Et facit huc vulgata illa iuris regula, quod præsens, &  
tacens non consentire videatur, quando de inducenda ipsius obligatione  
agitur, *l. Filius. §. Inuitus. ibiq; Gloss. in verbis non probatur. ff. de proc.*

11. Multo minus inter absentes, vel per epistolam, aut in scriptis rectè  
fideiussio celebrabitur, *l. 1. §. 1. de verb. oblig. d. l. 12. §. vlt. 1. h. t. & fusè Hering.  
c. 11. n. 11.* Siquidem stipulatio, quâ solâ fideiussio contrahitur, præsentiam  
requirat, *Franc. c. 4. n. 62. Hart. Hartm. d. obs. circ. fin.* Præsumitur tamen in-  
teruenisse stipulatio, & solemniter esse peracta omnia, quæ requiruntur, vt  
interrogatio, responsio, partium præsentia, actus continuus. *l. 1. C. de contr.  
stip. Modest. Pist. 2. conf. 1. n. 31.* si modo reperitur scriptum fideiussum esse.  
Hoc enim in stipulationibus fideiussorum generaliter accipitur, vt quod  
scriptum est quasi actum, videatur etiam actum, *d. §. vlt. 1. h. t. l. 30. ibiq; Giph.  
de V. O. l. 27. C. h. t. VVes. in. π. h. n. 5. Boc. d. 2. disp. 16. th. 16. vsq; adeo, vt aduer-  
sus hanc scripturam ne testis quidem audiatur, Treut. 2. d. sp. 28. lit. B. G ph.  
d. l.* Et ita quidem seruatur de iure stricto; Hodiernis verò moribus, vsuq;  
forensi Germaniæ generali, æquitatis & communis commerciorum vlus  
intuitu non minus fideiussiones per epistolam contractæ validæ & effica-  
ces sunt, ac quæ per solemnes stipulationes initæ fuerunt. *Hillig. d. c. lit. C. 15  
Hering. d. c. 11. n. 6. & seq.*

12. Notandum autem eos, qui pro alijs fidem suam adstringunt, non  
solum in iure nostro vocari fideiussores, sed & intercessores. *l. 23. de her.  
vend.*



*vend. l. 20. 21. 24. C. h. t. Interuētores, l. 7. §. vlt. de obs. patr. prest. l. fin. §. 1. C. de  
vsur. re. iud. Mandatores, l. 71. h. t. qui rei locum obtinent, l. 4. ff. eod. l. 7. §. 8.  
de dol. mal. fidem suam pro alio obligant, l. 27. ad S Ct. Vell. l. 28. §. 6. de lib. leg.  
adstringunt, l. 1. C. h. Item vades, l. 4. §. 1. C. de castr. & nūn. Prædes, l. 6. §. 7.  
comm. diu. Sponsores, Cuiac. in Nou. 4. Hillig. d. c. lit. B. & latè Hering. c. 3.  
num. 27.*

13. Dicuntur quoque adpromissores, l. 42. de solut. l. 5. §. 2. de verb. oblig. l.  
64. §. 4. de sol. matr. Mynsing. in rubric. h. t. n. 4. quasi idem cum reo promit-  
tentes. Et accessores secundum vulgatam lectionem in l. 32. h. t. quasi acce-  
dentes promissioni ac contractæ obligationi, Gædd. de contr. stip. c. 5. n. 16.  
Est enim fideiussorum obligatio quædam principalis obligationis acces-  
sio. §. 5. Inst. h. t. l. 3. l. 5. l. 3. ff. eod. Et sequelæ locum obtinet, l. 5. §. 16. de Instit.  
act. l. 93. §. 2. de solut. quia suscipitur salua obligatione debitoris principalis.  
l. 5. §. 2. de verb. oblig. l. 5. C. h. t. Hillig. d. c. in pr. adeoq; duæ erunt obligationes,  
l. 1. 2. de nouat.

14. Exinde patet differentia inter fideiussorem, & expromissorem, qui  
alterius obligationem nouatione facta in se transferendo proprio obliga-  
tur nomine, liberato priori reo, aut eo nomine, efficaciter nõ obligato cum  
obligari debuerit, l. 7. §. 8. de dol. mal. & ibid. Cui. l. vlt. ad S Ct. Maced. l. 4.  
§. 7. de re iud. l. 53. de contr. empt. Atque ita seipsum reum facit principalem,  
solusq; obligatur quasi debitor principalis. dd. ll. quibus adde l. 22. ad  
S Ct. Vell. l. 104. de verb. obligat. l. 37. §. vlt. de op. lib. vbi expressè distinguitur  
à fideiussore, sicut & hic à reo in l. 5. §. 6. 7. de Iur. dot. l. 9. §. 3. de pign. act. Hip-  
pol. n. 4. Hinc expromissor dicitur quasi fideiussor, l. 30. §. 1. de pact. l. fin. Quod  
cum eo qui in al. pot. Vult. pr. Inst. h. n. 5. Franc. c. 1. n. 30. Hering. c. 4. n. 21. Secus  
est in fideiussore, vtpote qui obligatur cum alio, l. 64. sol. matr. l. 5. §. 2. de  
verb. oblig. Azo. in summa. C. h. t. n. 1. citra nouationem. arg. l. 1. 3. 5. pr. l. 6. §. 2.  
l. 8. §. 1. l. 34. h. t. l. 5. C. eod. rei principalis obligatione manente salua, l. 10. de  
pign. act. Vult. d. l. Quapropter hoc non obligato nec eius fideiussor obligari  
potest, l. 38. §. 1. h. t. l. 16. ff. eod. cum fideiussor sit accessorius, eoq; semper  
præexistere debeat obligatio cui accedat; quandoquidem accessorium sine  
principali non consistat, c. accessorium de Reg. Iur. in. 6. d. l. 38. in fin. l. 129. §. 1.  
l. 178. de Reg. Iur. V Vesenb. in. π. h. n. 4.

15. Licet etiam quoad effectum, & vim obligandi idem ferè ius habeant  
inuicem fideiussor, & mandator, quia vterque obligatur, & eadem securi-  
tas vtriusque fide datur, Giph. ad tit. de proc. Gædd. d. tr. c. 5. concl. 10. n. 138.  
Cuiac. in. π. c. h. t. Quin omnes contractus, qui fideiussorem recipiunt, ijdem  
& mandatorem admittunt, l. 32. mand. eoq; fit, vt de ijs D. C. & Nou. con-  
iunctim tractetur: In nonnullis tamen discriminantur, & quidem in his,  
quòd mandator semper obligationem præcedat, l. 12. §. 14. d. t. l. vlt. C. Quod  
cum eo qui. Fideiussor verò actu & tempore contrahendi & sequi & præce-  
dere principalem obligationem possit, §. 3. l. h. t. l. 4. l. 6. §. fin. l. 55. §. 3. ff. eod.  
l. 35.



*l. 3. de Iud. Vult. ad. d. §. 3.* Deinde mandatum contrahitur solo consensu. *pr. Inst. de obl. quæ ex cons. l. 1. mand.* Cùm verò in ijs quæ consensu contrahuntur, verborum proprietates nulla desideretur, nullaque præsentia opus sit, *d. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. & 2. de O. & A.* mandator non præsens tantùm, vt in *l. 22 §. p. mand.* sed & absens mandare potest, *l. 1. §. 1. vers. l. 3. neq. d. t.* Quod secus est in fideiussione, quæ stipulatione demum interueniente fit, & sic verbis tantum, *l. 12. C. h. t. l. 5. §. 2. de verb. oblig.* non inter absentes, *d. l. 32. l. 3. §. vlt. de adm. rer. ad ciu. pert. Franc. d. c. n. 20.* Vnde etiã mandator ex bonæ fidei iudicio conuenitur, fideiussor verò tenetur actione stricti iuris ex stipulatu, *§. 28. Inst. de act. Hippol. d. rub. n. 6.* Hisce subiungit *Cuiac. 23. obs. 25.* quod olim vno fideiussorum electo, cæteri liberabantur, *§. 4. I. h. t. l. 26. ff. eod.* electo autem vno ex mandatoribus, reliqui manebant obligati, *l. 23. l. 28. C. h. l. 52. §. fin. ff. eod. Han. disp. I. 15. thes. 1. Gædd. d. c. concl. 5. n. 18. Bach. d. disp. 28. thes. 1. lit. B.*

16. A Constitutore differt fideiussor. I. Quòd ille præsens & absens per seipsum, vel nuntium, vel epistolam sese obligare possit, *l. 5 §. 3. l. 14. §. 3. l. 24. l. 26. l. vlt. de const. pec.* Nec tantum pro alio, sed & pro seipso rectè constituat, *Hering. c. 8. n. 5. Sich. ad rubr. C. h. t. n. 11. Nou. 115. c. 6.* Fideiussor verò non nisi inter præsentis, *d. l. 1 §. 1. de V. O. & d. §. f. l. h. 1.* Nec pro seipso, *l. 21. §. 2. ff. eod.* sed tantum pro alio fideiussorio nomine interuenire queat *l. 1. §. 8. de O. & A.* Deinde constituens ex nudo pacto obligatur sine stipulationis solemnitate, *§. 9. I. de A. l. 1. §. 7. de const. pec. VVes. in π. ff. eod. n. 2.* Fideiussor autem duntaxat per stipulationem, vt supra probauimus. Vltèrius Constitutor semper sequitur obligationem. *Treut. 2. disp. 28. th. 1. lit. B. VVesenb. d. l. Franc. d. c. n. 29.* Fideiussor & sequi & præcedere obligationem potest. Porro ille reum obligatum retinere, *l. vlt. C. de nouat. & deleg.* vel totam in se deriuare obligationem potest, ita vt reus principalis omnino liberetur, si nimirum quasi nouandi animo constituat: quo casu reo erit exceptio pacti, *Meier. in colleg. Argent. h. t. thes. 4.* At fideiussor fideiubendo debitorem principalem semper relinquit obligatum, *l. 34. h. t. l. 5. eod. d. l. 3. §. in eum. ff. de admin. rer. ad ciu. pert.* Tandem in eo discrepant, quod Constitutor pro debito aliud cõstituere possit, *l. 1. §. 5. de const. pec.* Fideiussor in aliam rem, quàm quæ credita est, obligari nequeat. *l. 42. ff. h. t.*

17. Quoniam sponsio tam ad stipulationem, quàm ad pactum, pollicitationem, aliosque, qui consensu aut re perficiuntur, contractus refertur, vt apparet *ex l. 7. §. 12. de pact. l. 24. de statu l. b. l. pen. de alcat. l. 1. de ll. l. 17. §. 1. de prescr. verb. l. 29. §. 2. de adil. ed. l. 7. de V. S. & ibid. Gædd. n. 4. 5. & 15.* à sponse quoque in eo fideiussor distinguitur, quippe qui verbis per stipulationem tantum, fidem suam adstringit, *l. 32. mand.* & non nisi interrogatus obligatur, quidam autem sponsor, etiam non interrogatus, sed sponte, sine rogatu vel rogamine alicuius pro aliquo intercedit, *Gloss. in auth. de fidei. Hippol. d. rubr. n. 5. Franc. d. c. 1. n. 13. Myns. ad rubr. h. n. 7.*

18. Ad diuisionem nunc dirigimus eursum nostrum, quæ se habet vt de-

B

fini-



definitioni proximum, & subalternum, P. Ram. 2. dialect. 18. Goclen. 5. probl. logic. 19. Et necessariò quidem res distinctæ distinctis nominibus indigitandæ, & quasi vestiendæ sunt, ne confusæ pariant errores, & ad scopulos etiã Argos ipsos deferant; quæ perpetua Philosophorum debet esse dictatura Scalig. 298. Et quippini ipsorum etiam Ictorum veram nõ simulatam Philosophiam affectantium? l. 1 §. 1. de Iust. & Iur. Quælibet enim materia in partes diuisa dilucidè magis intelligitur, Natta ad c. Quamuis. n. 136. de pact. in 6. Et qui benè distinguit, proximus est veritati, Crauett. ad rubr. ff. de leg. 1. n. 5. Id verò qui negligit, dicitur equum frenare per caudam. Lancellos. l. nemo potest. de leg. 1.

19. Diuidimus itaq; fideiussionem primò in Iudicialem, & extraiudicialem. Iudicialis, quæ propriè satisfactio appellatur, siue idonea cautio, Rittershus. in Nou. p. 9. c. 13. n. 3. Alciat. in l. satisfactionis. de V. S. est, quâ in iudicio ita cauetur aduersario, vt ipsum, siue causa ciuilibis, siue criminalis in lite sit, securum faciamus datis idoneis fideiussoribus, pr. I. de satisfd. tut. §. 4. I. de satisfd. l. 1. qui satisfd. cog. l. 1. l. 4. de custod. reor. l. 5. §. 2. 3. de V. O. l. 3. b. t. Extraiudicialis, quæ in contractibus valdè est vsitata, est, quando alter pro reo principali fidem suam interponit, quod vt plurimum in scriptis fieri assolet, de quo latè Coler. in proc. exec. p. 1. c. 10. n. 253. & seqq. Deinde à materia fideiussio alia ciuilibis, quæ nimirum in causis versatur ciuilibus. arg. l. 8. §. 3. l. 16. §. 3. & vlt. h. t. alia criminalis est, quæ in causis constituitur criminalibus. d. l. 8. §. 5. l. 70. §. vlt. h. t. Tertio, alia consistit in dando, alia in faciendo, cum scil. fideiussores se aliquid daturus vel facturos esse promittunt, l. Sicut. 65. h. t. Hart. Hartm. 2. pract. obs. 30. obs. 1. Vves. in π. h. t. num. 5. Franc. d. c. 1 n. 35. & seqq. Denique alia est vicaria, l. 33 §. 3. C. de Episc. & Cler. l. 25. §. 1. C. eod. id est mutua, quando nimirum plures conueniuntur, qui vice mutua fideiussores esse possunt. l. 28. de tut. & cur. Goth. ad d. l. 33. §. 3. Hering. c. 4. num. 19.

20. Perspecta definitione, & diuisione, videndum nunc quænam personæ huic negotio sint idoneæ? Difficile enim est fideiussorem dare idoneum. Nou. 88. c. 2. & nihil interest, nullus detur fideiussor, an verò detur inidoneus, l. 6. ff. qui satisfd. cog. l. 8. §. 8. ff. ad S Ct. Vell. l. 3. ff. h. t. Certum autè est, & indubitati iuris, quòd, cum fideiubere sit ex genere permissorum, quilibet qui de iure intercedere non prohibetur, atque stipulationem contrahere potest, de iure communi fideiussionis onus subire possit, & ex fide sua, quam pro alio interponit, obligetur. Azo in summ. C. h. t. Duar. c. 4. de fidei. Gomez. 2. resol. 13. n. 16. Franc. c. 2. n. 2. Prohibentur verò quidam specialiter à legibus, alij propter ætatem, nonnulli ob animi corporisvè vitium.

21. Inter eos qui ex speciali aliqua legis ratione fideiubere vetantur, primùm sese offerunt Serui, l. 3. l. 19. l. 20. h. t. l. 3 §. 5. de pecul. l. 30. §. 1. de pact. cum quoad ius ciuile habeantur pro nullis, l. 32. de Reg. Iur. l. 1. ff. de iur. delib. pro mortuis, l. 59. §. fin. de cond. & dem. l. 209. de R. I. comparentur quadrupedibus,



bus, l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. nullam personam, nullumque caput habeant, l. 3. in  
 fi. de cap. demin. §. 4. I. eod. Fideiussio autem fit mediante stipulatione, quam  
 non solum per se, & proprie contractum esse patet ex l. 80. ff. de solut. l. 9. §. 3.  
 si cert. pet. l. 1. §. 1. ff. de V. O. l. 8. §. 3. de acceptil. Riem. dec. 10. qq. ill. 1. Arithm. disp.  
 8. q. 1. Sed & contractum iuris ciuilis, per tex. in §. 9. I. de A. l. 126. §. 2. de V. O.  
 & late Gædd. d. tr. c. 2. Arum. exerc. 13. th. 1. Vult. ad pr. I. de V. O. n. 4. & 5.  
 Cuiac. 5. obs. 36. Treut. 2. disp. 27. th. 1. Ideoque quia seruorum status de iure  
 ciuili penitus est annihilatus per dd. ll. nec ex contractibus ciuilitur obligantur, l. 14. l. 43. de O. & A. imò nulla in illos cadit obligatio, l. 22. de R.  
 Iur. ac proinde nulla actio, l. 107. d. t. Hinc neq; conueniri, neq; conuenire  
 ex causa fideiussionis, l. 13. Si quis caut. nec quicquam debere possunt, l. 41.  
 de pecul. Nam vsque aded omnis obligationis ciuilis incapaces sunt, vt Do-  
 minis etiam inuitis acquirant, §. 3. I. per quas pers. cuiq; acq. pr. I. per quas  
 pers. nob. obl. idque ferè ex omnibus causis, l. 32. de acquir. rer. dom. Limita-  
 mus, nisi fideiusserint in rem Domini, l. 47. §. 1. de pecul. aut iussu Domini,  
 l. 12 §. 3. mand. quo casu persona Domini spectatur, non serui, qui caput &  
 designationem habet ex persona Domini. Aut ex causa peculiari, l. 9. h. t.  
 & tum Dominus tenetur actione de peculio, quoniam semel, & in genere  
 concedendo peculium, facultatem etiam contrahendi permisisse intelligen-  
 tur, l. 1. §. 5. de acquir. poss. eoque ex peculio solutum repetere nequit, d. l. 19.  
 Franc. c. 2. n. 241.

22. Homines proprii ( qui nobis hodie *Leibeigne Leut* dicuntur ) vt testa-  
 ri, *Dauth. de testam. rubr. qui test. fac. poss. num. 241.* officia gerere & com-  
 mercia exercere. *Gail. de pign. obs. 8. n. 3.* Ita quoque rectè fideiubere pos-  
 sunt. Non enim reuera serui sunt, sed solum ita vocantur improprie, & per  
 quandam similitudinem, atque aded, cum bona propria possideant, quic-  
 quid acquirunt, non Dominis adjiciunt, sed sibi retinent.

23. Lege porrò prohibentur damnati ad mortem, l. 12. l. 28. & seq. de pen.  
 §. 3. I. quib. mod. ius patr. in metallum, l. 17. d. t. l. 8. de test. ad bestias, d. l. 28.  
 & d. l. 8. Efficiuntur enim serui poenæ, & ita ciuitatem cum libertate amit-  
 tunt, d. l. 12. & d. l. 8. §. fin. §. 1. I. de cap. min. *Hæn. d. sp. ff. 13. th. 4.* bonaque ijs  
 adempta ad fiscum deuoluuntur, l. 1. & t. t. ff. de bon. damn. Quod tamen ho-  
 die immutatum est per *auth. bona. C. de bon. proscr.* † Deportati etiam, quia  
 amittunt ciuitatem & ea, quæ sunt iuris ciuilis, d. l. 12. l. 17. de poen. l. 1. §. Hi.  
 de leg. 3. §. 2. I. d. t. Stipulatio autem forma & origine sua, iuris est ciuilis, vt  
 in *thes. præc.* probauimus. vtique vt ipsis denegatur facultas stipulandi, l. 14.  
 §. 1. de nouat. ita & merito fideiubendi. Quæ enim in stipulationibus locum  
 habere dicuntur, eadè etiam locum habere debent in fideiussione, quæ fit  
 per stipulationem, *Vult. ad pr. Inst. h. t. n. 3. Hæn. d. l.* Hisce annumerantur  
 hodie banniti, seu proscripti Imperij, *Deren Leib Haab vud Sut jedermân-  
 niglich erlaubt worden Gail. 2. de P. P. 6. Hering c. 7. n. 599.*

24. Referuntur itidem in hanc classem Milites, qui immunes à fideiuf-



sionibus esse iubentur, ne à militiæ studio auocentur, vel ex actionibus ve-  
 xentur dum militandum est. Nam nefas est, milites à signis & numeris e-  
 tiocari, quibus semper adherere debent, *l. 31. C. de loc. cond. l. 8. §. 1. Qui satisfd.*  
*cog. Schneid. ad §. fin. I b.* Hocq; publica salus omnino exoptulare videtur,  
 siquidē interfit maximè Reip. paratos semper habere milites ab alijs nego-  
 tijs forensibus vacuos, qui bellorum ingruente necessitate ipsius prosperi-  
 tatem continuo ante oculos habeant, ac pro salute patriæ, & dignitate om-  
 nium vitam lubenti animo, atque infracto pectore profundere non abhor-  
 reant, *Vasq. in ill. qq. 9. lib. 1.* Inprimis hac tempestate, vbi omnes propemo-  
 dum vniuersæ Europæ anguli bellum crepere, & minitari videntur, sæuisq;  
 Mars vbique dominari conatur, *Sanger. de Iur. bell. Lips. 5. pol. 1. n. 10.* Quod  
 tamen de ijs exaudire volumus, qui iustis in bellis publica merent stipen-  
 dia, & in prælio vitæ fortem derelinquunt, *l. 15. C. de test. mil. die allezeit zu*  
*Seld liegen/vnd die Fahnen sehen vnterm freyen offnen Himmel stichen/non de pla-*  
*netis istis terrestribus, qui tecta rustico rum, non bella sequuntur, nullo*  
*Domino seruiunt, sed, hinc inde in pagis vagantes, rusticos miserè concu-*  
*tiunt, diuexant, l. Generaliter. 52 §. eos. C. de Episc. & Cler. nec ipso facto inter*  
*manus & tela hostium versantur, sed sæpè in ædibus vel alibi extra mili-*  
*tiam conspiciuntur, Rosenth. de feud. c. 3. concl. 30. n. 8. vulgò Gart- vnd Herm-*  
*lose Knecht/ Freybeuter/ Landzwinger/ qui militare dicuntur sicut catulus in syl-*  
*uis, Bald. in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poss. ideoque ne quidem in Imperio Ro-*  
*mano tolerandi, R. A. zu Augspurg/ de Anno 1555. §. Vnd damit angeregte/ sed*  
*è finibus illius eijciendi, grauiq; poena afficiendi, vnd sollen dieselbigen als of-*  
*fentliche Landfriedbrecher vnd Notrerenger gestrafft werden §. seq. eod. cui re-*  
*spondet ord. Camer. p. art. 7. t. 15. Gadd. c. 7. concl. 17. Gomez. 2. resol. 13. n. 19. He-*  
*ring. c. 7. n. 160. & seqq. vbi vide limitationes.*

25. Clerici etiam, ne hanc per occasionem sacris ac religiosis domibus  
 damnum fiat, ministeriaque sacra impediatur, fideiussores esse non tenen-  
 tur. *Nou. 123. c. 6 c. te quidem. 29. caus. 11. quest. 1. c. p. X. de fideiuss.* Nemo enim  
 Deo simul & mundo seruire potest, *c. Quicumque. 23. quest. 8. 2. F. c. fin. 1. Tim. 3*  
 quippe omnino diuersa sunt Deo inseruire, ac negotijs hominum, litibusq;  
 implicari, cum qui clericatus facit professionem se totum Deo deuoueat,  
 & mundo, mundanisque negotijs quasi moriatur. Quamobrem sacris Dei  
 vacare eum oportet, *l. 32. §. 4. ff. de rec. arb. ac omnibus alijs rebus derelictis*  
*Dei omnipotentis ministerijs inhærere debet. l. 52. §. 1. C. de Episc. & Cler.*  
 & potius eius arma sint fletus, lachrymæ, orationes. *c. non p. la. c. repreh-*  
*dens. c. conueniens. 23. quest. 8* Quinimò opprobriosum esset, se causarum  
 secularium peritum ostendere. *arg. l. placet. C. d. t. c. cum ad verum. d. dist.*  
*96. c. sacerdotibus in fin. c. sed nec & t. t. ne Cler vel Monach sec. neg. se imm. c. 12*  
*& seqq. 21. quest. 3.* Quo etiam fit, vt Clerici sponfionibus, alijsque id genus  
 negotijs sese immiscentes, tanquam contemptores, & transgressores Cano-  
 num excōmunicentur, & ab officio suspendantur. *Nou. L. 86. tex. generalis in*  
c. 1. X.



*c. 1. X. ne Cler. vel monach. c. statum. 23. quest. 9.* Et certè cum fideiussoris idoneitas non tam ex facultatibus, quàm conueniendi facultate sit æstimanda, *l. 2. pr. qui satis. cog.* ac talis dari debeat fideiussor, qui sit subiectus iurisdictioni eius iudicis, ad quem reus vocabatur, aut fori priuilegio renunciaret, *l. 1. si quis in ius voc non ier. d. l. 2. l. 7. pr. eod.* Ecclesiastici verò suos proprios habeant Iudices, & à iurisdictione Politica sint exempti, cui ne volentes quidem vel sponte se subijcere possunt, sed requisito demum Episcopo coram iudice seculari conueniuntur, *c. Significato. 18. c. Si diligenti. 1. de for. compet. l. 17. C. d. t. Nou. 83. Nou. 123. c. 21.* haud rectè adhibentur: Si tamen adhibiti fuerint, & contra eos ab initio nihil exceptum sit, fideiussionem subsistere, à plerisque putatur, *c. peruenitur. c. constitutus. X. h. t. & ibi Dd. Hippol. d. rubr. n. 309.* dummodo habeant vnde soluant ex proprijs facultatibus, vel ex redditibus sui beneficij, in quantum facere possunt, deductis ne egeant. *Gomez. 2. resol. 14. n. 18. Gadd. c. 7. concl. 18. n. 306. Franc. c. 2. n. 334. & seq. Treut. 2. d. ff. 28. thes. 2. lit. E. Hering. d. c. n. 249.*

26. Vtèrius lege, vel potiùs priuilegio à fideiussionis onere liberantur feminae, alterius causa intercedentes. Nam licet illarum intercessio naturaliter quidem, & mero iure ciuili valeat, per exceptionem tamen S<sup>C</sup>ti Velleiani infirmatur, *l. 3. l. 48. h. t. l. 1. C. si mat. indemn. prem. & t. t. ff. & C. ad S<sup>C</sup>tm. Vell.* Quod in earundem gratiam & fauorem introductum, eoq; cautum est, ne pro quoquã interuenirent, *l. 1. pr. §. 1. l. 2. §. 1. 2. 3. l. 4. pr. ff. d. t.* Contra sexui enim congruentem pudicitiam peccare videntur, quæ cætui, & officijs virilib. sese immiscent, *l. 1. §. 5. de postul. l. 18. C. de procur.* Intercessio autem pro alio nihil aliud est, quàm virile quoddã officium, *d. l. 1. §. 1. & d. l. 2. §. 2. l. 8. C. eod.* Deinde intercedere est alienæ se submittere obligationi, *d. l. 2.* Hanc autem periculosissimè futuram sexui muliebri nemo negauerit, qui huius imbecillitatem quasi innatam explorauerit. Per multis namq; captiõnib<sup>9</sup> mulieres sunt suppositæ, insidijs varijs expositæ, ait *Alciat. in tr. de pres. reg. 1. pres. 42. n. 2.* & facilè in repentinam deducuntur inopiam, vt loquitur, *l. vn. §. 15. C. de rei vx. act.* Quinimò ob consilij infirmitatem, *l. 21. de tut. & cur. dat. l. fin. de tut.* plerumque contra propria laborare commoda inueniuntur, *l. 4. in fi. C. de spons.* Et certè cū spondere ab initio res leuissimi momenti esse videatur, quippe quæ nihil pecuniæ solui, sed nudam, & simplicem voluntatis propensionem desiderat, *Molin. de vsur. contraet. n. 254. q. 32. Franc. d. tr. in proleg. n. 7.* facili negotio, vt pro alijs fideiuberent, induci possent. Quocirca si ob simplicitatem, & lubricum consilium de facto intercesserint, illud tamen factum ratū esse non oportet; siquidem ea quæ fiunt lege interdiente, inutilia, & pro infectis habeantur, *l. 5. C. de ll. l. 102. de R. I.* Ideoque ex intercessione conuentæ, si nondum soluerint, exceptione S<sup>C</sup>ti Velleiani sese defendere possunt, *d. l. 2. §. 1. l. 6. 7. l. 8. §. 2. ff. eod. l. 8. l. 16. C. d. t.* vel replicatione, in specie, *l. 17. §. 1. ff. d. t. & l. vlt. §. item eod.* vel si contra S<sup>C</sup>tum obligatæ soluerint, solutum conditione indebiti repetere ipsis li-





cet, per l. qui except. 40. de cond. ind. l. 31. ad SCt. Vell. d. l. 8. §. Interdum. l. Quamuis. 9. C. d. t. Hillig. 12. D. E. 30. lit. A. Gædd. in d. tr. de contr. stip. c. 7. concl. 16. per tot. Atque huiusmodi quidem remedia, mulieri, quæ pro alio interuenit, competentia, eius quoque hæredibus, l. 14. l. 20. C. d. t. l. hæ actiones. 10. ff. eod. mandatoribus, procuratoribus & fideiussoribus profunt, l. si fidei. 6. ff. d. t. l. Si mater. C. eod. d. l. 14. & l. 15. C. d. t. Casus quibus prædicta exceptio mulieribus denegatur, vide apud Hering. c. 7. n. 410. Franc. c. 2. n. 163. Meier. in Colleg. Argent. lib. 16. t. 1. num. 5. Don. 12. comm. 32. ibiq<sup>3</sup> Hillig. Boc. cl. 2. disp. 17. thes. 41.

27. Insignis hic oritur quæstio, sed contrarijs ICtorum responsis intricata, an nimirum mulier renunciare possit SCti Vell. beneficia, ita vt efficaciter ex intercessione conueniatur? Negatiuam acriter defendunt Don. 12. comm. vlt. ibiq<sup>3</sup> Hillig. lit. D. Angel. ad l. f. C. ad SCt. Vell. Arum disp. ff. 10. th. 7. Gomez. 2. var. resol. 13. n. 17. & Giph. in tr. de renunc. qui hanc controuersiam ad eò controuersam censet, vt earum sit in numero, quæ Cæsarea indigent decisione. Nobis tamen, saluo aliorum iudicio, religio est ab hisce discedere, ideoq; affirmatiuæ tanquam æquiori votum nostrum damus; propter generalem istam regulam, quòd ijs, quæ ob fauorem priuatum sunt sancita, possit renunciare quisque, in cuius gratiam ea sunt introducta, c. si de terra 6. de priuil. l. 51. C. de Ep. & Cler. Bald. ad l. 1. C. ad SCt. Vell. Atqui primò & principaliter in fauorem mulierum introducta est, SCt. Vell. exceptio l. 2. §. 2. 3. ff. d. t. l. 8. §. 2. qui satisfd. Nam eius causa cum qua agitur, id est, mulieris gratia, Velleiani exceptio datur, dicit l. 40. de cond. ind. Vrget & hoc, quod Senatus voluerit succurrere deceptis mulieribus intuitu infirmitatis & simplicitatis, d. l. 2. §. 2. 3. At quomodo decepta ea dici potest, quæ certior facta de suo priuilegio, sponte illi renunciat? l. nemo. 145 de R. I. l. Quod autem. §. Præterea. qua in fraud. cred. Videtur enim mens SCti esse, nõ vt mulier omninò vtatur exceptione, sed vt possit uti si velit, quia inuito nõ datur beneficium, l. 69. de R. I. l. 19. §. 2. de don. Quapropter sibi imputet mulier, si lædatur post renunciatione, quæ, cum potuit, noluit uti beneficijs iuris, per §. Præterea. I. q. m. r. c. o. l. fin. naut. caup. stab. l. 12. C. loc. Namque damnum quod quis ex sua propria culpa patitur, nemini quisquam, quam sibi imputare debet. Porro assertio nostra probatur per l. vlt. §. Si mulier. 4. ibi cauere debet exceptione (scil. Velleiani) se non vsuram. ad SCt. Vell. l. 21. C. eod. Et cur renunciations matris & auix in tutela liberorum suorù, approbarent ill. si legum effringerent repagula? auth. matri. l. fin. C. qui mul. tut. off. Nou. 118 c. 5. Nec in solido robore fundata est distinctio an in iudicio, vtrum extra iudicium renunciauerit? Quia l. 31. 32. §. 4. ad SCt. Vell. d. Nou. generaliter & indistinctè loquuntur. Quare & sic à nobis exaudiendi txx. illi sunt. V. Fachin. 2. c. 60. Cui. 20. O. 31. Tr. 2. disp. 28. th. 2. lit. B. Gædd. d. tr. c. 7. n. 298. Gail. 2. obs. 77. n. 1. vbi communem hanc opinionem esse Dd. & totum mundum sic seruare dicit. De Iure autem Sax. omnes renunciations fieri debent



bent in iudicio, *Zobel. p. 2. d. ff. iur. ciu. & Sax. diff. 29.* Interim tamen valdè humaniter receptum est, quòd mulier certioranda prius sit de beneficio sibi competente, *Gail. d. obs. Goth. ad l. f. ad S. Ct. Vell. Treut. 1. disp. 25. th. 4. lit. F.* cùm aliàs propter sexus infirmitatem permissum foeminis sit ius ignorare, *l. 9. de l. & I.* Et in dubio præsumatur, mulierem suorum beneficiorum fuisse ignaram *Ruin. 1. conf. 107. n. 1. Alc. d. tr. reg. 3. pres. 21. n. 4.* Vnde specialis renunciatio hic necessaria est, vt de certioratione minus dubitetur. *Toming. decis. 1. n. 33 per l. Tres fratres l. emptor. Lucius. de pact.* Nec sufficit in genere esse renunciatum, id quod alias sæpe notarijs in more est, vt generalis renunciationis mentionem faciant. *Bart. & Dd. in l. 4. §. 4. si quis caut. Gail. d. l. n. 5. cum seqq. Hering. c. 7. n. 473. Franc. c. 2. n. 200. Hippol. n. 36.*

28. Ob ætatem obligationem alienam suscipere prohibentur infantes; Dicitur autem infans, qui fari nequit *l. 70. de verb. obl. l. 1. §. 2. de adm. tut. l. 18. C. de Iur. delib.* Et licet per naturam fari possint, iure tamen fari non posse censentur (ciuilitè non grammaticè hæc accipienda, vt scilicet sermo intelligatur perfectior & plenior. *Giph. ad l. 1. de verb. oblig. n. 10.*) quoniam ea quæ loquuntur non intelligunt, ac quicquid vident ignorant, nec quid è re sua sit scire vel discernere queunt *l. 1. C. de fals. mon. & d. l. 1. de verb. obl.* sed omnia pro vno darent poma, vt tradit *Fab. in pr. n. 1 Inst. de auth. tut.* Qua de causa non contrahunt, quia nullum habent contrahendi affectum, imò ne sensum quidem, nedum consensum. *§. pupillus. vers. sed quod. Inst. de inut. stipul. l. 1. §. 13. de O. & A.* Nullus autem est contractus, nulla ex contractu obligatio sine consensu *l. 1. §. 2. de pact.* Nec sponsalia rectè ineunt *l. 14. de spons. Nou. Leon. 109.* quia & ea fiunt consensu contrahentium. *l. 11. d. t. A* testimonio repelluntur. *l. 3. §. 5. de test.* testamentum facere prohibentur. *§. preterea. l. quibus non est permissum fac test.* imò in omnibus rebus infirmum, debile, imperfectum, & ad actus cõsensu gerendos insufficiens existimatur eorum iudicium. *l. more 8. §. fin. de acq. har. l. vlt. de man. vind.* parumque à furiosi iudicio distat, id est, nullo. *d. §. pupillus.* proinde nullus eorum vsus est, operæ nullæ, perinde vt senis, aut ægrotantis.

29. Quoniam etiam pupillus sine tutoris autoritate, nec velle nec nolle potest, *l. 189. de reg. Iur.* siquidem stabilem mentem nondum adeptus, *l. fin. C. de test. mil.* neque consilij capax sit. *l. 8. §. 1. de acq. har.* & nullum vel non plenum animi iudicium habeat, *§. 1. l. quibus non est perm. fac. test.* ideoque in omnibus rebus tutore regatur, *l. fin. de man. vind.* Confectarium est, pupillum neq; intercedere tutore nõ adhibito posse, siue infantie, siue pubertati proximus sit. *per l. Certi. 9. §. idē: de reb. cre. l. 9. de anct. tut. l. 25. h. t. d. §. pupill. 7.* Nã, vt supra meminimus, fideiusionis forma stipulationem requirit, *l. 12. C. h.* quæ iure ciuili introducta est, *per l. 5. & ibi Dd. de Iur. & Iust.* Constat a. pupillum eo modo ciuilitè non obligari. *per l. 4. de O. & A. d. l. 189. l. Neq; 7. C. de contr. st. p.* Non enim à lege huiusmodi obligatio approbatur, cùm consensus pupilli ob imbecille animi iudicium pro legitimo non habeatur, *d. l.*



139. Imò quia fragile admodum, ac lubricum huiusmodi ætatis consilium est, multorumq; insidijs suppositum, vt loquitur ICtus in l. 1. de min. d. l. fin. vsq; adeò vt pupillus nec scire nec discernere sine tutore quicquam possit, non magis quàm furiosus, l. 9. de acq. hered. l. fin. rem pup. salu. for. l. fin. de I. & F. I. sed pro absente habeatur, l. 10. quibus ex caus. n. poss. eat. consensus huius nullius erit momenti, per. d. l. fin. de man. vind. & d. l. fin. de I. & F. I. Ideoque cum ad obligationem etiam naturalem plenum consensum requiri arguat, l. 1. & 2. de pact. pupillus ne naturaliter quidem obligabitur fideiubendo pro alio non interposita tutoris auctoritate, l. 59. de O. & A. l. 41. de cond. ind. d. l. 9. de auct. tut. nisi paucis casibus exceptis, de quibus vide Riem in ill. qq. dec. 3. q. 8. Franc. c. 2. n. 85. Tutore autem interueniente sicut pupillus omnia rectà gerit, l. 5. de reg. Iur. & reliquos etiam contractus celebrare non vetatur, in quibus rem suam deteriore facere potest, l. 5. l. 13. de auct. tut. ita quoq; fideiusionem suscipere ipsi non denegatur: Et tum pupilli iudicium imperfectum suppletur accedente tutoris auctoritate Ant. Fab. in ration. ad l. 28. de pact. lit. E. Vult. lib. vn. disc. schol. c. 16. quo factò is obligatur naturaliter & ciuilitè, l. 13. de auct. tut. in pr. Inst. eod. læsus tamen gaudet beneficio restitutionis, Vlp. in l. 7. §. Non solum. 3. de min. l. 48. §. 1. h. t. id quod Prætor amicam naturæ æquitatem secutus tenellæ huic ætatulæ indulgit, l. 1. de min. l. 2. 3. C. de temp. in int. restit. Franc. d. c. n. 96. Treut. 1. disp. 6. thes. 5. lit. B.

30. Acrior de Minore inter Dd. disceptatio est, an scil. fideiubendo obligari possit? Nos per distinctionem hunc nodum ita dissoluendum putamus: Minor aut est absque curatore constitutus, aut sub curatore, quæ distinctio disertis verbis scripta extat in l. 3. C. de restit. in int. Si sub curatore est constitutus, contractus sine eius consensu celebratus, ipso iure nullus est, Sich. ad d. l. n. 3. adeoque nullo indiget restitutionis in integrum remedio, l. 5. de ini. rupt. l. Bouem. §. fir. de ædil. ed. l. Liberos. §. fin. de cap. min. Vnde minor instar pupilli mero iure munitus est, l. 16. de min. qui propter ætatis lubricum pr. I. de cur. quamuis sua negotia bene gerere possit, l. 1. §. fin. ff. d. t. volens curatorem accipit, §. 2. I. d. t. & ob id, cum administratione negotiorum suorum, quæ curatoribus committitur, l. 20. de rit. nupt. priuetur. arg. l. 1. de cur. fur. nullo etiam modo obligari potest, d. l. 3. Franck. exerc. 3. q. 5. Riem. d. dec. q. 9. Et quomodo posset? obligatio siquidem iuris vinculum est, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ. pr. I. de O. quali autem necessitate hic adstringeret res suas, quarum administratio penes curatores est? arg. l. 21. C. mand. Nam cui administratio bonorum est commissa, eidem quoq; obligationes, & potestas obligandi committitur, l. 21. de V. S. ibiq; Gædd. cum bonorum appellatio contineat obligationes & ius sese obligandi, l. 49. d. t. & ius administrandi tam ad obligationem, quàm ad alienationem spectet, l. vlt. C. de adm. tut. Atque hoc nomine minor curatorem habens in d. l. 3. comparatur prodigo, iam vero prodigi contractus sine curatore, quem habet, initus ipso iure non valet, l. 6. de V. O. Ergò nec minores,



noris, qui ipsi, si bonorum administrationem intueamur, planè similis est. Interim tamen quando obligatio absq; ullius rei interuentu, vt in casu, l. 20 de rit nupt. expeditur, quin tunc obligetur minor, nullus dubito: Sicut & quando pubes locupletior effectus est, ad què casum pertinere puto. l. 101 de V. O vide Hunn. in tr. de pact. c. 3. q. 10. p. 108. Nò minus etiam obligatur si sine curatore est constitutus, & tunc forsan iuuenili facilitate, vel leuitate inductus, vel etià feruore ætatis accensus, vt dicitur in l. 15. §. 6. ad L. Iul. de adult. obligationem contrahat: Quo tamen casu si læsus fuerit, beneficio fruatur restitutionis in integrum, l. 1. 3. 7. l. 13. de min. d. l. 3. C. de R. I. l. 8. §. 2. qui satisfd. cog. l. 48 §. 1. h. t. Satis verò læsus esse intelligitur, quoties id facit, ex quo lædi potest, licet nondum lædatur, quia debuit prospicere, quod potuit euenire, l. 11. §. 5. d. t. de min. l. 9 §. 1. vers. idē. ff. loc. Hillig. 21. D. E. 9. lit. A. Nam quilibet maior ac prudentior alius prospexisset, l. 48. §. 2. de min. Quamobrem illud beneficium Prætor solam naturalem æquitatem secutus, ex speciali minorum fauore introduxit, l. 1. l. 7. §. 1. de rest. in int. l. 1. de min. l. 1. ex quib. caus. ma. l. 8. C. de iud. quo huius ætatis homines taliter lapsos vel circūscriptos, siue metu, calliditate, ætate, siue absentia, d. l. 1. de rest. in int. siue iusto errore, l. 2. eod. l. 1. & t. t. quod fals. tut. aut. aut alia iusta causa, l. 1. l. 26. §. 9. ex quib. ca. mai. inciderint in captionem vel læsionem, in eum statum, in quo ante læsionem erant, causa cognita, l. 3. 8. de rest. in int. l. 13 16. pr. l. 24. §. 5. de min. l. 15. §. 5. quod vi aut clam. reponit, l. 24. §. 4. de min. l. 75. de V. S. perinde atque si nullū negotium gestum fuisset, V. V. in π. de rest. in int. n. 3. Quod tamen limitatur I. Si minor aduersariū dolo deceperit, t. t. C. si minor. se mai. V. V. in π. h. t. n. 3 Hering. c. 7. n. 99. Deceptis enim & errantibus, non decipientibus subuenitur, l. 1. C. d. t. l. 2. §. 3. ad S. Ct. Vell. cū nemini suus dolus prodesse debeat, l. 1. de dol. mal. II. Si veniam ætatis principali clementiā impetrarit, ita vt absq; curatoribus bona sua administrare, & liberè cum alijs contrahere possit, l. 1. l. 2. pr. & §. vlt. l. 3. & vlt. C. de his qui ven. at. l. 10. C. de app. ne videl. cum minore contrahentes principali authoritate circūscripti videantur. III. Si iureiurando non dolo malo ab ipso extorto fideiussionis obligationem cōfirmauerit. Nam tunc & restitutioni iuratò renunciaffe intelligitur, cum de quolibet in genere beneficio, quo sibi succurri posset, cogitasse præsumatur, Franc. d. c. 2. n. 139. Euerh. in loc. à vi & ev. iuram. Gail. 2. obs. 41. n. 4. IV. Si in rem suam minor fideiubeat, l. 8. §. 1. qui satisfd. cog. Franc. d. l. n. 136. Plures limitationes vide apud Meier. in Coll. Argent. lib. 4. t. 4. n. 63.

31. Occasione huius lubet & videre illā controuersiam in foro satis frequentem, an nimirum restituto minore, restituatur quoque eius fideiussor, ita vt & ipse ab obligatione liberetur, nec creditori amplius teneatur? Nos cum Duar. in t. C. de fidei. rem distinctione expediendam censemus. Aut enim minor inconsulta facilitate, vel lubrico ætatis gerendo est læsus. l. 11. §. 5. h. t. l. 2. C. si. ad del. l. 1. C. de filiof. min. aut dolo aduersarij deceptus. Quæ distinctio proponitur, l. 2. C. de fidei. min.

C

id est,



id est, lubrico ætatis circumscriptus reperitur, *l. 44. de min. fideiussori eius in integrum restitutio non prode*, *l. 1. ff. de min.* Eo namque consilio fideiussor se dedit, acceptusque est, ut pro persona minoris intercederet, & securitatem creditori aduersus periculum restitutionis præstaret, *Cuiac. 19. O. 29.* Et restitutio hæc maximè impetrata minorem non liberat, neque obligationem tollit ipso iure (non enim prætoris auxilio obligatio ciuilis perimitur) sed tantùm eandem elidit, ut Bald. loquitur in *l. 1. C. de fidei. min.* id est, eximit minorem solùm obligatione, proindeque manente obligatione principalis, necesse est & fideiussoris consistere, alioquin deciperetur creditor, qui fideiussores accipiendo aduersus restitutionem personæ sibi consultum voluit, *d. l. 13. & d. l. 2. Gomez. 2. resol. 14. num. 9. Ant. Fab. 7. coniect. 31.* Non igitur consilium mutandum est in alterius iniuriam, *l. 75. de reg. Iur. l. nonnunquam de coll. bon.* sed si exinde ad fideiussorem damnum redundet, suâ culpa sentiat quod pro tali personâ intercesserit, quæ iure & efficaciter obligari non potuit, cuiusque conditionem non ignorauit, vel scire debuit, *l. 9. §. 3. de I. & F. 1.* cum ignorantia iuris lapsus non restituendus sit, *l. 9. d. t.* Nec audiendus fideiussor, si contra propriam obligationem venire velit, cessante in eo causa restitutionis, læsione nempe cum lubrico ætatis coniuncta, *Hillig. 21. D. E. vlt. lit. I.* Posteriori casu, quando scilicet dolo creditoris deceptus minor fideiussores dedit, hi quidem per machinationem adhuc sunt obligati, *l. 36. de V. O.* iuuantur autem doli mali exceptione, *d. l. 2. l. 7. §. 1. de exc. l. 49. h. t.* Nam per dolum obligato competit exceptio. *d. l. 36.* cum fraus sua nemini patrocinari debeat, *l. 2. C. qui mil. poss. vel nō poss. l. fin. C. de reb. cred. l. 12. de dol. mal.* sed unicuique doli sui poena sufferenda sit, *l. 15. de tut. & rat. distr.* Imò contractus, ubi dolus reipsa interuenit, est ipso iure inuolidus. *d. l. 36. h. q. gloss. l. creditor. 60. §. Lucius ff. mand.* Sic si minorem ignorauit fideiussor, *l. 48. §. 1. h. t. Cui. in. π. C. eod. & 10. obs. 23.* Si creditori minoris nihil deperit, *l. 89. de acq. her.* si minori successit, beneficium restitutionis in integrum ipsi non denegatur, *l. 95. §. 3. de sol. Goth. in not. ad l. 2. C. de fidei. min.* quo tamen posteriori casu restituitur quatenus hæres, non tanquam fideiussor. *Hillig. d. c. vlt. lit. M.*

32. Rursus repullulascit noua quæstio, nimirum an minore, cum quo simul fideiussor pro debitore intercessit, ob ætatem postea in integrum restituto, onus obligationis etiam integrum confideiussor excipere debeat? In qua quæstione itidem distinguimus. Nam aut simpliciter ille fideiussit cum minore, & sine contemplatione iuris Prætorij, ut ait *l. 95. §. 3. de sol.* Aut eo intuitu quod alius confideiussor talis esset, qui propter incertum ætatis ac restitutionis, iuxta *l. 48. §. 1. h. t.* posset quandoque in integrum restitui. Priore quidem modo, alter confideiussor pro sua tantum portione tenetur propter beneficium diuisionis quod habet, videlicet Epistolam D. Adriani, ut non nisi pro virili parte conueniatur, prout *infra dicetur.* Et non obstante, quod iure aliquo speciali alter ex ijs tutus sit, ac efficaciter conueniri nequeat, ipse tamen



tamen creditor inconsultæ suæ facilitati expensum ferre debet, qui fideiussorem minus idoneum elegit, electum accepit, *l. 3. §. ult. vt in poss. leg.* Posteriori verò modo, vbi confideiussor hac lege acceptus est, vt etiam si minor impetraret beneficium restitutionis in integrum, hæc tamen restitutio creditori damno cedere non deberet, vtique tum eum in totam summam teneri non dubitandum est, cum hoc ipsum inter contrahentes actum esse videatur; quo factò confideiussor sibi imputet, quod ita ad contractum accesserit, & intuitu restitutionis interuenerit. Magis igitur creditori quàm fideiussori hoc in casu consuli oportet, *Cui. d. obs. 23. Ant. Fab. 8. coniect. 1.* Atque hæc de prohibitis fideiubere specialiter à legibus, & ob ætatem.

33, Ratione inhabilitatis, quæ bona animi concernit, à fideiussione arcentur Furiosi. Prorsus enim mente carent, & planè non intelligunt quod agunt, *§. 8. Inst. de inut. stip. l. 3. de iniur. l. 5. de reg. Iur.* Ideo nulla eorum est voluntas, *l. 40. d. r. ibiq. Raurd. l. 47. de acq. her. nullus item consensus, l. 2. C. de contr. empt.* exceptis paucis casibus, quibus propter euidentem æquitatem, bonumq; publicum solâ legis autoritate fingitur consensus, in nuptijs scilicet filiorum, filiarumq; & in dotis repetitione, *pr. ver. vnde questum. 1. de nupt. l. 25. C. eod. l. 28. C. de Episc. aud.* in quasi contractibus, ex quibus actio aduersus furiosum datur, quæ ex rei ipsius gestæ natura, ipsaque æquitate, & præsumpto saltè in quasi contractu interueniente consensu oritur, *l. 46. de O. & A. l. 3. §. 5. de neg. gest.* extra quos casus fictus furiosi consensus locum habere non debet, *argum. l. quod contra. 141. de reg. Iur.* Hinc nullum animi sensum habere dicitur, *l. 22. §. 7. sol. matr. nec sentire potest, l. 8. §. 2. de opt. leg. omni caret intellectu, l. 14. de off. præf. iudicio, l. 12. §. 2. de iud. omni affectu, l. 1. §. 6. ne vis fiat ei qui in poss. mitt. imò animus in eo deest, l. 2. §. 1. de procur.* Nec vllum planè negotium contrahere potest, ne quidem curatore auctore, sicut facere potest pupillus aliàs tutore auctore, *d. l. 5.* Quod n. iudicio pupilli deest, suppletur iudicio tutoris, furiosus autem cum prorsus mente careat, & voluntatis reliquias saltè habeat, dicente *Vlp. l. 8. de his qui sunt sui vel al. en. Iur.* nihil est quod suppleri possit, *Vult. §. ult. 1. de obl. n. 13. Hillig. 12. D. E. 22. lit. D.* Rectè itaque ignorantis loco, *l. 4. de diuort.* ac per omnia & in omnib. pro absente, & quiescente habetur, *l. 2. §. 3. de Iur. Cod. l. 124 §. fin. de reg. Iur. l. 2. de procur. l. 5. §. 2. de leg. tut.* etiam in delictis atrocioribus, *d. l. 14.* Quinimò comparatur mortuo, *l. 1. in fin. ff. de bon. poss. fur. l. 24. §. 1. rem rat. hab. l. 2. §. 5. de don.* Quocirca cū consensus ac præsentia vtriusq; partis ad fideiussionem omninò requiratur, furiosus autem non possit esse præsens, *l. 209. ibiq. Gadd. & l. ult. de verb. sign.* meritò etiam fideiussor esse prohibetur. Veruntamen prædicta intelligi volumus de eo, qui continuâ mentis alienatione agitatur, *d. l. 14.* id est, qui perpetuo furiosus est, *l. 12. §. 1. de Iud. l. 9. C. de imp. & al. subst. l. 7. pr. C. de cur. fur.* Quod si enim laxamenta & inducias, vel dilucida furoris habeat interualla, *l. p. C. d. r. d. l. 14.* aut in conspectu inumbratæ quietis sit constitutus, vt eleganter loquitur Celsus in *l. 18*



§. 1. de acq. vel amit. poss. dubium non est, quin in dilucidis illis interuallis rectè intercedere, vt & quodlibet aliud sani hominis negotiū gerere possit  
§. 1. Inst. quibus non est perm. fac. test. l. 6. C. de cur. fur. l. 9. C. qui test. fac. l. 3. C. de cont. empt. Gadd. de cont. stip. c. 7. n. 14. H. llig. d. c. lit. C. Zabel. ex erc. feud. 3. th. 3. lit. D. Quomodo vero furor probetur, & vtrum, si dubitetur, sopito an stimulante furore quid gestum esse præsumatur, vide apud Franc. c. 2. n. 10. Zabel. d. l. Borch de pact. c. 3. n. 6. Hering c. 7. n. 115.

34. Quod de furioso dictum est, idem in mente capto, seu demente obtinet, §. item furiosi I. d. t. Nam vt plurimum ex iuris dispositione à pari procedunt, l. 2. ibiq. Bart. de cur. fur. Alg. in l. 1. n. 59. de verb. oblig. quamuis aliàs hic ab illo seiungatur, l. si furiosi C. de num. dot. l. 9. C. imp. & al. subst. l. 27. §. 5. de rec. arb. l. 28. de Episc. aud. l. 25. C. de nupt. Demens namque est is, cui quidè æquè ac furioso mens capta est, sed tamen animi rabie non agitur, neque extrinsecus animi malè affecti signa ostendit, quod facere solet furiosus, arg. l. ob qua. 4. §. 1. de ad. ed. l. 14. de off. præf. l. si cum. 22. §. 7. sol. matr. Franc. d. c. num. 13. Fatuos, & grossolanos istos, qui rudioris & hebetioris sensus sunt, schlechte/ albere/ vnd einfältige Leut/ eodem habendos esse loco censemus, cum pueris & infantibus non sint absimiles, iuxta tradita per Gadd. c. 7. concl. 9. n. 113. Hering. d. c. n. 117.

35. Huc referendi etiam sunt Prodigii, quibus bonis interdictum est: Non quod ratione reuera careant, aliàs enim nec stipulando sibi acquirere possent, contr. l. 6. de verb. oblig. Phil. Matth. ad l. 40. de reg. Iur. n. 8. & in delictis atrocioribus ijs parceretur, quod absurdum foret, cum ita vitium vitio adiunctum excusaret. contr. l. is qui animo. de acq. poss. Bach. 2. Treut. disp. 30. thes. 3. lit. A. Fach. 2. c. 63. Theod. colleg. crim. disp. 1. th. 25. lit. H. sed quod dissipando, & lacerando bona sua furiosum faciant exitum, l. 12. §. fin. de tut. & cur. dat. & ob id ijs administratio bonorum interdicitur, d. l. 12. Bart. ad d. l. 6. n. 6. Vnde vulgò dicuntur vnnütze Verschwender ihrer Güter Et Caius Inst. lib. 1. t. vlt. prodigum vocat euersorem, quia substantiam suam rationabiliter gubernare nequit, sed adeò indiscretè, & præter modum deuastat, & consumit, vt neque tempus, neque finem impensarum habeat, l. 1. de cur. fur. Exinde igitur à ICTis d. l. 1. & l. 13. ff. eod. annumeratur, aut saltem æquiparatur furioso, ex effectu itidem iudicantibus de causa. Tametsi enim in prodigo mentis quædam superesse videatur sanitas, & ex sermonibus appareat mētis compos, tamen cum morum deprauatio huius sanitatis vsum corrumpat, ita vt instar eius sit, cui ipsa mētis functio vel corrupta est, vel infirma, necesse est ipsi prospici, ne furiosum in bonis sentiat exitum, Nā interest rei publ. ne quis re sua malè vtatur, §. vlt. I. de his qui sui vel al. Quo fit, vt omnia beneficia furiosis, & mente captis competentia, competant etiam prodigis. Bald. in l. 2. C. de cur. fur. gl. in l. qui cū alio. ff. de R. I. Quæ quidem omnia procedunt, quatenus de bonis ipsorum diminuendis, & obligandis agitur, vide l. 10.



*l. 10. de cur. sur. l. 26. de contr. empt.* Quatenus vero prodigus conditionem suam reddere potest meliorem sibi obligando aliquem curatore authore per interdictum ei constituto, §. 3. *I. de curat.*, assimilatur pupillo, *l. 9. §. 7. de reb. cred.* sicq; plus iuris habet, quam furiosus, qui neque ipse obligatur, neque sibi obligationem acquirere potest, *l. 5. de R. I.* Aliàs promittendo, ne naturaliter quidem stipulanti obligatur, nec pro prodigo fideiussor intervenire potest, *d. l. 6. ibiq; Coras. n. 6. Duar. & Cui. Franc. c. 2. n. 48.* licet post interdictionem accesserit iuramentum, *l. 5. C. de ll. arg. l. 37. §. 6. de leg. 3. l. si quis. 3. §. 3. ad S. Ct. Maced. c. 24. de R. I. in 6. c. 2. caus. 22. q. 2. Perens. disp. 2. th. 3. q. 8.* nisi in quasi contractibus, ex quibus prodigus obligatur efficaciter, non quidem propter consensum, qui nullus interuenit à parte prodigi, sed tantum propter rei vel negotij gesti naturam, ipsamque æquitatem, *l. 46. de O. & A. l. 25. h. t.* Rectè igitur & fideiussor hoc casu obligabitur, *d. l. 5. l. 70. §. 4. de fidei.* qui postmodum regressum habebit aduersus ipsum prodigum, nõ quidem per actionem mandati, quia in mandato consensus spectatur, qui in eo deficit, *d. l. 25.* sed tamen quia utiliter prodigi negotium gestum est, hicq; pro absente habetur, per actionem negotiorum gestorum, *d. l. 46. Arum. exerc. 12. th. 7.* Quomodo vero prodigo bonorum administratio interdicitur, & vtrum ante interdictionem contrahendo obligetur? vide apud *Franc. d. c. n. 53. Perens. d. th. q. 7. Riem. dec. c. 3. q. fin.* Itè num interdictione valeat, quæ fit ei, qui reuera prodigus non est. apud *Treut. 1. disp. 10. thes. 3. lit. D.*

36. Porrò Ebrij fideiussione non adstringuntur. Etenim cum contractus ab ijs initi nullius sint momenti, *gl. in c. vnusquisque. vers. qui ebrius. 22. q. 4.* meritò etiam fideiussio ab ijsdem facta non consistet. Nulla enim ratio, nullum gerendæ vitæ rectum consilium, nullus consensus in ijs reperitur; Nesciunt quid loquantur, quid faciant, *c. 15. q. 1.* eaq; de causa comparantur infantibus, furiosis, prodigis, *c. 3. q. 2. c. venter. dist. 35. c. 14. de vit. cler. ignorantibus, d. c. 15. q. 1.* dormientibus, adeo vt ipsam etiam vitam edormire dicantur, *Gail. 2. obseruat. 110. num. 25. Et Sen. 12. Ep. 84.* ebrietatem vocat voluntariam quandam insaniam, per quam mentis inducatur exilium, rationis deliquium, voluntatis impetus, *d. c. 14.* Quare nec matrimonium ebrius contrahere potest. *Vvesen. in π. de rit. nupt. n. 8. Moz. in tit. qui post matrim. contr. vel non. num. 6.* ob consensus defectum, quo solo illud contrahitur. *l. 30. de R. I.* imò si in intolita ebrietate dolo quasi inductus, consensum præstiterit, quem sobrius non fuisset præstiturus restitutionis gaudet remedio. *Maurit. de rest. in int. c. 304. per l. 1. §. adipiscimur. de acq. poss. Hackelm. d. sp. 3. thes. 24. lit. B. & delinquens mitius punitur, Arum. exerc. 12. q. 8. lit. B. Theod. in colleg. crim. disp. 2. th. 17. lit. F. Treutl. 1. d. sp. 6. th. 5. lit. A.* cum non ex proposito, atque ita dolosè delinquat, sed impetu quodam, *l. omne § per vinum. de re mil. l. 11. §. 3. de pæn.* Attamen rectè hic distingui putamus cum *Gail. d. obs. n. 28. Theod. d. l.* alijsq; inter ebrium, qui præter intentionem ex casu quodam, & vini ignorantâ vi deceptus inebriatur, vulgò,



der truncken ist/ & ebriosum, qui ex peruersa consuetudine sciens prudensq; inebriatur, Germanicè der vertruncken/oder gewohne ist voll zu sein/ vel vt *Gail. præcit. loc.* ait, der sich arm/franck vnd in die Hell sauffet ita quidem vt priori casu mitior ordinariâ poenâ infligenda sit, quia dolus & voluntas peccandi abest, altero verò non item. Alij distingunt inter enormiter ebrium, & modicè ebrium, qui omnium actuum & gestorum habet notitiam, *Franc. c. 2. n. 44* Aliter alij, de quibus vide *Reinking. de regim. sec. & Eccl. lib. 2. cl. 1. c. 8. n. 34* *aliquot seqq.*

37. Ratione inhabilitatis, quæ bona corporis concernit pro alijs intercedere prohibentur; muti, vti & surdi. Fideiussio enim cum contrahatur per stipulationem, & sic verbis, nec aliter fideiussor obligetur, *l. 12. C. h. t. Nic. Moz. de stip. rubr. quare inuenta est stip. n. 6.* hic autem eâ deficiant, ideo nec sibi stipulari, nec alteri promittere possunt, *§. 7. I. de inut. stip. l. 1. §. p. de O. & A. l. 1. pr. de V. O.* Nam à quocunque remouetur genus, nempe stipulatio, remouetur & quælibet eius speciès, scil. fideiussio, *Euerh. in top. loc. à gen. ad spec. n. 1.* Et in hoc similes sunt infantibus, ac furiosis, *d. l. 1. §. p. de O. & A. & l. 1. de V. O.* non quod intellectu omnino & ratione destituantur, siquidè acutissima sæpe sint præditi mentis perspicacitate, adeò vt homines simul loquentes ex motu labiorum intelligant, *Bart. in d. l. 1.* neque quasi plane consentire nequeant, etiam in ijs negotijs, vbi sermone specialiter, & voce non est opus, & nil nisi consensus requiritur, *l. 48. de O. & A. l. 4. §. 1. de pact. l. 124. de R. I. Vult. ad pr. I. de V. O. n. 3.* quo casu animi sui sensa forsitan scripturâ (qua interueniente stipulatio fieri nequit. *Giph. ad l. 1. de V. O.* nisi dicere velimus cum *VVes. in π. eod. n. 12. & ad tit. de pact. n. 5.* hodie confuso saltem quoad effectum stipulationum & pactorum iure, *c. 1. & ibi Dd. X. de pact.* aliter obseruari, *Franc. c. 2. n. 26.*) vel nutu, alijsq; indicijs explicare possunt, sed ob similitudinem quandam rationis, quæ est inter furiosos, infantes, & hosce. Nam licet mutus & surdus ipsi intelligant, quod agunt, ex altera tamè parte quod agatur, non audiunt neq; percipiunt, ideoque habentur pro absentibus. Intelligimus autem surdum & mutum siue sint discretim tales, *d. §. 7.* Mutum scil. illum, non qui grauius vel ἀσφῶς, id est, obscurè, sed qui ἀτίμως, id est, sine vlla vocis significatione loquitur, *l. 9. l. 10. §. f. de ad. ed.* Surdum etiam illum, non qui tardius exaudit, & surdaster appellatur, sed qui nil prorsus exaudit, *d. §. 7. l. p. & vlt. de leg. tut.* Siue coniunctim tales, qui scil. vtroque defectu laborant, id est, nec audire, nec loqui possunt, arg. *præd. txx. Franc. d. c. n. 18.*

38. Enumeratis personis, quæ fideiussorio nomine obligari nequeunt, nunc iusta serie progredimur ad obiectum seu materiam circa quam, id est, obligationes, quibus fideiussor efficaciter adhiberi possit. Vt enim fideiussio subsistat ante omnia necessarium est alienam subesse, aut futuram esse obligationem, cum nulla ratione fieri possit vt accessorium sit absque principali, cui accedat, *l. 129. l. 178. de R. I. l. 38. in fi. h. t.* Ideoque nulla existente obli-  
gatio-



gatione principali, nec fideiussoria, quæ accessoria est, valere poterit *l. 16. l. 70. in fi. h. t.* etiamsi iurisiurandi religio accesserit, quia eius vis non est ut aliquid esse faciat, fingatque, quod tamen nusquam est, neque in futurum esse potest. Et cum iuramentum actum simulatum non confirmet, *Men. 3. præscr. 12. n. 44.* multò minus confirmabit contractum, qui omninò nec est, nec fingi potest, *Hering. c. 10. n. 94. Hillig. 15. D. E. 48. lit. F.*

39. Constat autem fideiussorem accedere posse omnibus obligationibus ex contractu descendentibus, §. 1. *I. h. t. l. 1. l. 8. §. 1. & 6. ff. eod.* iisq; tam contractis. *dd. txx.* quàm contrahendis demum, *l. 4. l. 6. §. vlt. d. t. §. 3. l. eod. Tr. 2. disp. 28. th. 3. lit. F. Franc. c. 3. n. 188. & c. 4. n. 133.* non quidem effectu, & re ipsa, quia antequam reus debeat, fideiussor conveniri non debet, *l. 57. h. t.* sed conceptu saltem verborum, & ordine temporis, *Vult. ad d. §. Hillig. d. l.* siue item principalis naturaliter tantum, *l. 7. l. 16. §. 3. d. t.* adeò ut & fideiubens pro seruo obligetur, *d. §. 1. l. 25. de stip. seru.* cum hic ex contractibus naturaliter obligari possit, *l. naturaliter. de cond. ind.* id est, iure Gentium, *l. 1. de I. & I.* tametsi pro alio non rectè fideiubeat, nisi ex causa peculij, *l. 19. & seq. h. t.* siue ciuilitè tantum, id est, præter æquitatem naturalem ex sola iuris ciuilibis dispositione reus obligatus sit, *Franc. d. c. 3. n. 10.* modò tamen hæc obligatio vel actionem parere, vel conditionem indebiti impedire possit, *VVes. in π. h. t. n. 4.* Atque hisce casibus arctius & firmitus fideiubens obligatur, quàm principalis, à quo naturaliter aut ciuilitè tantum obligato peti non potest, *Treut. d. th. lit. C.* siue ciuilitè & naturaliter simul obligatus sit, fideiubendo rectè pro eo intercedimus, *VVesenb. d. loc.* Et de hoc *Schneid. ad d. §. 1. n. 2.* ait non esse dubium. Nec refert vtrum obligatio sit principalis, vel accessoria, cum fideiussor pro fideiussore accipi possit, *l. 8. §. fin. h. t. l. 27. §. 1. & vlt. eod.* Nec sic accessio accessionis. Nam quæ accessoria obligatio respectu prioris, eadem principalis ratione posterioris: Et hunc appellant succedaneum, Germani *ein Rückbürge/* qui ab initio etiam in solidum teneri potest, *Gædd. in l. si ita. 150. de V. S.* In quo differt hic à fideiussore indemnitatis, qui in subsidiū tantum promittit, quanto minus à principali exigi potest, *l. 6. de nouat. l. tutor §. quid ergo. ff. ad S. Ct. Vell. l. 7. ff. h. t. Marant. p. 6. memb. 8. n. 19.* & aliàs dicitur fideiussor subsidiarius, *ein schadlos; Bürge/ Gail. 2. obs. 27. n. 13.* Vltèrius sicut fideiussor accedere potest obligationi tum puræ, tum in diem, tum conditionali, *l. 47. §. 1. h. t. Vasq. 1. ill. qq. 40. n. 8.* ita quoque ipse vel purè vel sub conditione, vel ad certum tempus, vel ex tempore dari & accipi potest, *l. 6. §. 1. l. 27. h. t. l. Lucius. mand. l. si pro ea. 10. C. eod. VVesen. in π. h. n. 5. in fin.* & tum vltra illud certum adiectum tempus incertus, vel incertus non tenetur, etiam si principalis se vltèrius obligat; quod secus si simpliciter datus est fideiussor.

40. Verum quia, vt diximus, fideiussor naturali rectè accedit obligationi, hic ardua oritur quæstio, an pro pupillo, sine tutoris autoritate promittente, item prodigo, furioso, datus fideiubendo obligari possit? Nos par-



partibus negantibus partes nostras deuouemus. Etenim cum fideiussio necessariò requirat obligationē principalem, cui accedat, adeò vt vbi nulla talis obligatio, ibi nec ea subsistat. per tex. in l. 6. §. f. l. 16. 57. h. t. Iam verò pupilli sine tutore quid promittentis obligatio nulla sit, l. 41. de cond. indeb. l. 39. de O. & A. iniquum foret si reo principali (si quodammodo ille talis dicendus) ab omni obligatione liberato, fideiussorem firmiter teneri, & cōueniri posse concederemus, contra regulam, quæ fideiussorem in plus obligari, quàm ipsum debitore prohibet, l. 8. §. 7. h. t. Franc. c. 3. n. 8. & seq. Huic adde, quod debitor fideiussorem dando contrahat cum fideiussore actionem mandati. At pupillus propter defectum consensus, l. 189. de R. I. qui in cōtractibus desideratur, l. 1. 2. 3. de O. & A. l. 2. de pact. nullū inire possit contractum, multò minus igitur obligari tali modo poterit. Excipimus tamē tres casus. I. Si ex re veniat actio, & obligatio, l. 46. de O. & A. II. Si factus sit locupletior, l. 1. pr. & §. 1. de auct. tut. l. 13. §. 1. de cond. ind. III. Si dolum commiserit, l. 1. §. 15. de pos. l. III. de R. I. de prodigo tex. extat in l. 6. de V. O. De furioso, in l. 70. §. 4. h. t. Argumentis huic nostræ assertioni contrariantibus neruose respondent, Riem. dec. 3. Gædd. de contr. stip. c. 7. concl. 10. n. 31.

41. Alium casum excipiunt quidam in iure haud ieiuni, vbi fideiussor pro dote conseruanda, vel restituenda à marito constante matrimonio datur, l. 1. 2. C. ne fidei. dot. dent. Labefactaretur enim fides mariti, & sic iurgia, rixæ inde descenderent inter coniuges, perfidiæque (cum turpe & contumeliosum sit fideiussorem dare, l. 17. §. 2. in fi. de test. tut.) oriretur suspicio: Omni autem lucro concordia & amor coniugalis longè est præferendus, l. 5. C. de inst. & subst. Et certè absurdum foret, cum mulier marito sine fideiussore animum suum, corpus, omnemque vitam credat, l. assiduis. C. qui pot. in pig. l. 8. C. de pact. conuent. eidem res suas hisce longè inferiores non committere; imò inciuile admodū esset, & contra reuerentiam receptam, quæ maritis semper exhibenda est, l. 14. §. 1. sol. matr. l. vn. §. 7. de rec. vx. act. plus fidei tribuere aliene, quàm proprii mariti, cum quo omnis vitæ consortium, diuini & humani iuris communicationem, ac supremum, arctissimumque amicitie vinculum copulasset, iuxta l. 1. de rit. nupt. l. 22. §. sol. matr. Gædd. d. tr. c. 6. concl. 23. n. 365. Franc. d. c. 3. n. 31. quod hoc casu fieret. Nam non possum ita exigere fideiussorē, vt alterius fidem in dubium nō vocem, §. fin. 1. de repl. Amore igitur non cautionibus constare coniugia debent, inquit VVes. ad §. 2. I. h. t. Secus in pignore, l. 7. §. 6. de don. int. vir. l. 1. qui pot. in pign. vtpote quod est rei onus, & nullam turpitudinem secum habet, sed solum datur, vt creditum magis sit in tuto, §. vlt. q. m. r. c. o. Ideoq; cum eadem adhuc fides mariti versetur, idem eiusdem amor, dubium non est quin pignus vel hypotheca à muliere accipi possit, Giph. ad d. l. 1. & 2. C. ne fidei. dot. Hillig. d. c. 48. lit. F. Hering. c. 6. n. 136. Extaneus etiam, qui dotem sibi reddi soluto matrimonio stipulatus fuit, fideiussorem exigere potest, tum quod d. l. in specie saltem de vxore loquantur, tum quod & rationes in extraneo cessent, Bach.



*Bach. ad Tr. de iur. dot. p. 343. Franc. d. c. n. 333.* Id quod de socero quoque matrimonio constante statuendum videretur, quia regulæ tamdiu standum, donec exceptio probetur, *l. 27. C. de testam.* regula autē est, omni obligationi fideiussorem accedere posse, *l. 1. 2. ff. h. t.* verū quia non semper quid liceat, sed quid honestum sit spectandum, *l. 42. de R. N.* & indecorum esset, plus fidei habere homini alieno, quā genero, cui tamen filiam suam commisit, rectius ipse fecerit, si ad euitandas prauas suspiciones, diffidentias, & id genus alia, quæ inter coniuges exinde facillē emergere possent, fideiussorem etiam oblatum accipere recusauerit: Quamuis ipsi marito pro numeranda dote ex parte mulieris, vel soceri, qui eam promiserunt soluere, fideiussor rectē detur; *gl. & Dd. in d. l. 1. per l. cum dotu. ff. de iur. dot. l. fin. C. ad S. Cr. V. lleian.*

42. Hic non incongruē subijcitur quæstio à Dd. multum exagitata, an nimirum fideiussor à marito sponte & vltroneo motu dotis nomine oblatum efficaciter teneatur? Quā quæstionem licet à profundissimæ scientiæ viris (inter quos nō immeritō plurimum calculo primas tenent, *Hering. in d. tr. c. 6. n. 156. & Franc. d. c. 3. n. 323.*) negatiuē decisam sciam, quia tamen generalis est regula, vnumquemq; fauori pro se introducto renuntiare posse *l. pacisci. l. pacium. 46. de pact. l. si quis. 29. C. eod.* Leges autem *d. t. C. ne fidei. dot.* pro marito constitutæ sunt: affirmantium opinio mihi (salua tamen prædictorum, aliorumque cum ijs sentientium auctoritate) videtur magis veritati consentanea. Quam meam assertionem iuuat, quod maritus nullibi in iure nostro reperitur prohibitus fideiussorem dotis conseruandæ causa dare, si velit, nec vxor eundem à marito accipere. Differunt enim *dd. ll. C. ne fidei. dot.* de coacto tantum marito, non de voluntario, id quod satis indicant verba, EXIGENDVM, EXIGITVR, quibus Imp. in *d. l. 2.* vtitur. Nam exigere propriè & frequentius significat ab inuito accipere, *l. soluendo. 39. ibiq. Acc. de neg. gest. l. fideicommissa. §. 12. & 13. ibique gl. de leg. 3. l. Thais. 41. §. 10. de fideic. lib.* Porrò ratio prohibitionis in fideiussoris datione voluntaria cessat, cum nulla ibi metuenda sit diffidentia, neq; exinde suspicio perfidiæ vlla nascatur, sed potius laudanda mariti promptitudo, qui fideiussores constituit, vt dos ei magis in tuto sit, *per l. 2. de iur. dot. l. 1. solut. matr.* Nec per id, quia volens facit, afficitur iniuria, *l. 1. §. 5. de iniur. c. scienti. de R. I. in 6.* Nam non dignus est censendus auxilio legis, qui se vltrò in necessitatem conijcit, *l. si fideiussor §. 1. qui satisfd. cog.* Et quemadmodum tutor testamentarius non cogitur satisfdare, rem pupilli saluam fore, §. 1. I. *de satisfd.* paratus vero satisfdare audiendus omninò est, *l. 17. de test.* Sic eadem plane ratione maritus nō cogitur fideiussores dotis seruandæ causa dare: at si sponte dat, vxor eos accipere non prohibetur, sed maritus suo priuilegio censetur renunciaffe. Vnde rectē *Couarr. ad c. quis. de pact. in 6. p. 2. tom 1. §. 2. n. 16.* Licet æquum, ait, & amoris coniugali conueniens sit, non posse maritum cogi ad dandos fideiussores, interim tamen bonis moribus contrarium non est, aut necessarium,

D

quin





quin volente marito teneatur fideiussor datus. Quem sequuntur *Duar. c. 4. de iur. dot. Connan. 8. comm. 9. n. 8. Vngep. exerc. 11 q. 7. Haen. disp. I. 15. thes. 4. Bronch. 3. aff. 13.* Hocque maximè procedere putamus, si maritus vergat ad inopiam, quo etiam casu vxor dotem licitè repetit *l. si constante. pr. & S. quoties. ibiq. Bart. Alc. Duar. ff. sol. matr. licet de iure Sax. aliter obtineat, Franc. d. c. n. 327.*

43. Quoniam quoque non refert vtrum obligatio, cui fideiussor accedit, sit ex contractu, siue ex delicto, *l. 8. §. 5. l. 56. §. vlt. l. 70. §. f. h. t.* non immerito dubitatur, an iuri consentaneum sit, vt talis etiam interueniat in causis criminalibus, in *peinlichen Sachen*? Nos rem distinctione expediemus. Aut enim delinquenti poena constituta est pecuniaria, aut capitalis. Priori casu ex communi Dd. opinione fideiussorem admittendum statuimus, quia sicuti ab ipso reo, ita & eius fideiussore huic poenæ satisfieri potest, cum non agatur de damno corporis, sed pecuniæ. arg. *l. denique. & l. seq. de iur. fisc. Damhoud. in pract. crim. c. 20 n. 1. Bronch. 4. aff. 8. Tr. 2. disp. 28. th. 3. l. t. A. V Vef. in π. de cust. & exh. re. n. 5.* Et cum vice solutionis sufficiat, vt quis aut pignori- bus, aut fideiussoribus caueat idoneis, *l. rescripto. 6. §. 1. de mun. & hon.* nec quicquam interfit actoris vel Fisci vter poenam soluat, principalis an fideiussor modò solvatur, arg. *l. 23. l. 53 de solut.* imò Fiscus per datum fideiussorem de solutione poenæ ipsius pecuniariæ fiat securior, & coërcitio maleficij facilius executionem habere possit, *d. l. 70. §. fin.* certè non video rationem sufficientem, ob quã fideiussor hoc casu fit reiiciendus, qui tamen aliàs in delictis persecutionè pecuniariam habentibus regulariter recipitur, *l. 4. de cust. reor. d. l. 8. §. 5. & d. l. 56. §. fin. Gædd. c. 6. n. 400.* Tutius igitur fecerimus si eum cum cõmuni Dd. schola in hoc nostro casu admiserimus. latè *Franc. d. c. 3. n. 248. & seqq.*

44. At in casu, vbi de poena corporis afflictiva quæritur, Dd. in *d. l. 70. §. fin.* cõmuniter quidem tradunt, reum non relaxari debere fideiussore oblato, vel etiam, vt *Bl. in l. eos. §. nuper hie. C. de app.* loquitur, mille datis fideiussoribus: Nos verò ab hisce fideiussores ita indistinctè repudiantibus discedi posse, & potius cum *Menochio* magno Itatorum ornamento, *de a. 1. q. lib. 2. cas. 303. n. 16. & 17.* de huius sententia veritate dubitantes illud iudicis discreti arbitrio relinquendum putamus, vt nimirum ille consideratis circumstantijs, personæ conditione, & qualitate possit relaxare reum admisis fideiussoribus, qui iudicio sisti, & vt defendat se, sententiæq; executionem expectet, vel certè die ferendæ sententiæ in carcerem se recipiat, promittit, certâ pecuniæ summâ, vel incertâ poenæ nomine expressâ. AEquissimum. Nam etsi periculosum, tamen valde rigorosum esset fideiussorè omnem planè repudiare. Iustissimum per *txx. l. 1. 2. 3. de cust. reor. l. 6. §. 3. C. de app.* Et propter hos *txx.* sic nullam relinqui dubium testatur. *Setser. de iur. lib. 2. c. 8 n. 11. Matth. Steph. 1. p. 4. disp. 4. thes. 6. Haen. disp. 15. thes. 5. Arum. exerc. 13. th. 13.* Nam si seruus capitali crimine accusatus dato fideiussore relaxa-







cip. sed persecutio criminalis in causa principali reseruatur, das; man solches anders nicht/als der Peinlichkeit unbeschadet annehme/ sicque salua manet persecutio rei fugitiui, puta procedendi ad bannum. *Tr. 1. disp. 5. th. 6. lit. E. Franc. d. c. n. 270.* Quantitas autem pecuniæ soluendæ, si certa non fuerit expressa, vel consuetudine introducta, iudicis relinquitur arbitrio, *d. l. 4.* qui, si dolus ipsius fideiussoris accesserit, cur minus se iudicio sistat reus, extraordinariã quoque pœnam pro arbitrio suo imponere potest, *d. l. 4.* quæ tum non tam ex alieno, quàm proprio delicto infligitur.

47. In contractu, quem ipsa lex inualidum pronunciat, *l. 5. C. dell. l. 11. l. 46. h. t.* fideiussor interuenire prohibetur. Cum enim hic principalis obligatio sit nulla, vtique & accessoria labascit, *§. 5. I. h. t. l. 69. de V. O.* sic contractui de facto impossibili accedere nequit, *l. 29. h. t.* Nulla enim impossibilium obligatio, *l. 185. de R. 1.* Ideoque adiectio impossibilis rescindit actũ & contractum *l. 9. §. 6. de reb. cred. l. 7. de V. O. l. 31. de O. & A.* Et fideiussor in huiusmodi casibus datus non obligatur: *l. 47. 56. h. t. VVes. in π. eod. n. 4. Treut. d. th. 2. l. t. H. Franc. d. c. n. 334. & seqq.* vbi plures adducuntur casus, quibus ipse fideiussione non potest adstringi.

48. Hactenus de Materia fideiussionis, sequitur nunc eiusdem forma. Hanc autem in stipulatione consistere constat ex *l. 12. C. h. t.* Vnde vt fideiussor obligetur, necessariò requiritur solemnns stipulatio, *d. l. 12. l. 5. §. satisf. 2. de V. O.* quod fit, si interrogati præsentis respondeant, *l. 32. mand. l. 75. §. 6. de V. O. l. 8. §. 11. l. 34. l. 70. §. 1. 2. 3. h. t.* verbis idoneis, nullisq; inuolucris conceptis, *§. 2. I. de V. O.* Latino, Græco, aliouè quocunque idiomate. *l. 8. ff. h. t. §. græcè. I. cod.* modò vterque stipulantium linguæ habeat intellectum, *§. p. I. d. t. l. 10. C. de contr. stip. d. l. 12.* Nec refert per se, an per interpretem fideiussio perficiatur, arg. *l. 1. §. 5. de V. O.* dummodò fideiussor se daturum, facturumue quid promittat, *l. 65. h. t.* Suo enim nomine obligatur, quamuis pro debitore, & ad eius vtilitatem promittat, *l. si ita. 79. §. possum. de V. O. VVes. in π. h. n. 5.* Suo etiam nomine, non ex contractu debitoris conuenitur, *l. 2. l. 17. C. h. t.* nec factum alienum rectè promittit, *Hart. Hartm. 2. t. 30. obs. 2.* Hodie stipulationis solemnibus vsu quasi desuetis non solum inter præsentis, sed & absentes per epistolam fideiussio contrahitur. vide quæ diximus *supra th. 11.* imò per nudum quoque pactum, *G ph. ad t. de V. O. pr. n. 29. in fin.* Quapropter sufficiet, si modò dixeris, Fideiubeo, quod verbum tantæ est energiæ, vt proferentem omni meliori modo, quo fieri potest, obliget, siue obligatio in dando, siue in faciendo consistat, *Hart. Hartm. d. t. 30. obs. 4. n. 2. Franc. c. 4. n. 58.*

49. Ad formam fideiussionis, vt fideiussor detur, qui facultatibus, & conueniendi facilitate idoneus sit, pertinere, haud inconuenienter statuimus, *per l. 2. & 7. qui satisf. cog.* De quo si dubitetur, probandum fideiussorem idoneum esse ab eo qui eum dat, arg. *l. si verò. §. qui pro rei vbi gl. d. t. Coler. p. 1. de proc. exec. c. 6. n. 147.* Et nisi ex necessitate vel dispositione legis sit dandus,  
ex do-



ex domicilio, vel ciuitate, vbi creditor habitat, dari debet, l. 7. § sinecessa-  
ria, ibiq; Dd. d. t. Gomez. 2. c. 19. n. 6. Franc. c. 4. n. 48.

49. Ad plus verò vel durius, quàm ipse debitor principalis, obligari nõ  
debet, l. 8. §. 7. 8. 9. l. 34. l. 49. § vlt. l. 70. pr. l. f. h. t. §. 5. l. eod. siue id fiat re, loco,  
tempore, siue causa, d. §. 5. & § plus autẽ. I. de act. Contra omnem enim æqui-  
tatis rationem esset, si fideiussoris, qui nullo iure cogente, & gratis ex me-  
ro amore proximi fidem suam adstringit, conditionem grauiorẽ, atq; dam-  
nosiorẽ redderemus, quàm ipsius rei, VVes. in π. h. n. 5. Cum tamẽ fideiussoria  
obligatio sit accessoria principali, l. 32. l. 42. h. t. plus autem in accessione  
non possit esse, quàm in re principali, d. §. 5. Quamuis arctius & efficacius  
fideiussor rectè obligetur, §. 1. I. d. t. veluti sub iuramento, vel cum hypo-  
theca licet principalis obligaretur simpliciter: item instrumento, quod  
paratam habeat executionem, aut adiectione alicuius pœnẽ, vel facti, VVes.  
in π. d. t. n. 5. Vult. ad d. §. 5. n. 1. Gomez. 2. resol. 13. n. 2. vbi exemplis aliquot id  
ipsum declarat. Hippol. de Marsil. d. rubr. n. 291. & aliquot seqq. H. llig. d. c. lit. K.  
Franc. d. c. n. 106. Sic in leuius vel minus fideiussorem rectè obligari decla-  
ratur in l. 8. §. 7. & §. 11. l. 9. l. 34. h. t. puta in partem pecuniæ, aut sub conditio-  
ne, d. l. 9. Nam non vsque adeò sequitur hæc accessoria obligatio natu-  
ram principalis, vt non possit esse leuior, licet si durior sit principali non  
subsistat. Etenim cum leuius obligantur fideiussores, subest obligatio cui  
accedant, cum durius non item, saltem in eo quod plus est in fideiussione,  
quàm in principali.

51. Quod si igitur in duriorẽ, vel maiorem summam acceptus fuerit  
fideiussor, quæritur ane saltem in partem vel summam concurrentem te-  
neatur? Quam quæstionem Bronch. 4. ass. 53. vocat arduam, & veterem, Hil-  
lig. d. c. lit. I. ancipitem, ob par ferè vtrinque & authorum & rationum pon-  
dus. Connan. 6. comm. 6. n. 8. Fachin. 8. contr. 51. alijque indistinctè negant,  
& ne quidem ad concurrentem summam obligari volunt, cum fideiussor ad  
ea non respondeat, de quibus interrogatus est, & sic inutilis sit stipulatio,  
l. 5. de inut. stip. l. 8. §. 7. h. t. adeoque nec animum obligandi habuisse præsu-  
matur. Hancque sententiam etiam quodammodo approbat Franc. d. c. n. 93.  
& gl. ad l. 33. mand. Nos verò (dummodo promissio fideiussoris non prorsus  
diuersa sit ab obligatione principali, vt probè distinguit VVes. d. l.) cū Vult.  
ad d. §. 5. n. 10. Tr. d. D. th. 4. lit. B. Alciat. 5. π. egypt. 16. & alijs contrariam sen-  
tentiam æquiorẽ iudicamus, ideoque fideiussorem quoad summam con-  
gruentem, id est, quoad eam quæ in principali obligatione erat, maximè  
obligari statuimus. Nam indubitati iuris est minorem summam sub maiori  
ipsa vi & potestate contineri, l. 83. §. 3. de V. O. §. I. mand. ita vt qui 20. pro-  
misit, etiam 10. promississe videatur, l. 1. §. 4. d. t. cum plus semper in se ha-  
beat, quod est minus, c. plus. 37. de R. I. in 6. & fideiussor qui debitori princi-  
pali in maiori summa gratificari voluit, multò magis, & libentius idem in  
minori præstare voluisse præsumendus sit, ne vtile per inutile vitietur, c. vti-



*le. d. t. l. 1. §. 5. ff. d. t.* Vnde fideiussio tali modo facta vitiabitur non quidem in totum, sed tantum quoad partem, id est, quoad id quod est superfluum, *l. 61. pr. de iur. dot. l. 12. de const. pec.* obligatione nihilominus in suo robore perdurante respectu ro. rogatorum, *dd. ll. Baro. ad §. 5. I. h. Myns. ibid. n. 8.* Facit, *l. 11. §. 1. de constit. pec.* qui textus licet de constituto loquatur, tamen cum par sit utriusque tum fideiussionis, tum constituti ratio, nec diuersitas aliqua assignari possit, nihil certe prohibet, idem quoque ius statui. vide *Bronch. d. ass. 53. Hillig. d. l. Franc. d. c. n. 94. Azo. in summ. de fidei.*

52. Vtrum autem fideiussore in duriores causas cum iuramento accepto, fideiussio valeat in excedente, vel saltem in concurrente, non leuis est inter Dd. conflictus: Communiter siquidem receptum est fideiussorem iurato interuenientem non tantum ad quantitatem per principalem promissam, sed & ad id quod ultra eam promisit teneri. *B. rt. in l. si quis. 56. n. 15. h. t. Imol. in l. 34. §. p. eod.* Rationem assignant, quia iuramentum eo modo faciat actum valere quo possit, *l. cum prater. 77. §. filius. ibiq. Bart. de leg. 2.* eoque volunt fideiussorem, in illo quod plus est teneri ut principalem, non ut fideiussorem, retento tamen Epistolæ D. Hadriani, aut excussionis beneficio. *Soarez. in comm. op. lit. F. num. 122.* Verum huic communi assertioni valde contrariari videtur illud, quod iuramentum contractui de iure valido adiectum, robur quidem, ac firmitudinem addat, adeo ut contra contractum iuratum veniens, grauiori afficiatur poena; *Br. l. si quis. ibiq. Dd. comm. C. de transact.* omni que commodo priuetur, quod ex illo contractu habere potuit. *Guid. Pap. conf. 32. col. 4. conf. 131. col. 9. Euerh. in top. loc. à vi iuramenti. n. 45.* Non autem per id efficiatur, ut à natura sua degeneret. arg. *l. fin. C. de non num. pecun.* Sequitur enim in omnibus naturam negotij super quo interponitur, ac omnes recipit conditiones, & vires actus principalis. arg. *l. 54. in fin. ad S. Ct. Trebell. VVes. conf. 52. n. 82.* nil addit dispositioni super qua iuratum, neque obligationem auget, *Cacheran. de is. 92. n. 6.* nec ad fortuita, non cogitata, vel inopinata, *las. in l. si conuenerit. n. 15. ff. de Iurisdict. Gail. 1. obs. 100. n. 5. 2. obs. 23. n. 19. & obs. 41. n. 3.* extenditur, ne fiat vinculum iniquitatis. Quapropter & in nostro proposito casu satis iuramentum appositum operabitur, si fideiussionem ad concurrentem usque quantitatem sustineat, nec mens fideiussoris fuisse interpretanda erit, quod in plus, quam principalis, etiam iurato sese adstringere voluerit, *Vasq. 1. ill. qq. 40. n. 7.* Quam sententiam etiam amplectitur, *Franc. d. c. n. 113.* cui & nos subscribimus, modo fideiussor nesciens plus iurato promiserit. Non enim quod communiter, sed quod veraciter receptum est, nobis magis placet.

53. Finem, propter quem fideiussio introducta est, proponit ipse Imperator, *in pr. I. h. t. & §. fin. I. de replic.* videl. ut eò diligentius nobis cautum sit, & tutius quod in obligatione deduximus, nobis debeat, *l. 1. §. 8. de O & A.* Hinc qui recte cauere vult, ille vel pignus, vel fideiussores det, *VVes. in π. n. 6.*

54. Effectus fideiussionis est, quod fideiussor suo nomine, & ex sua promiss-



missione obligetur, *l. 4. §. 1. h. l. initio. 5. C. de pact. int. empt. Cui. in 7. ff. h. t.* & quidem peræquè atque ipse principalis debitor, *Vvesenb. d. t. n. 6.* Vnde & propriè debitor dicitur, *l. 4. de solut. Hart. Hartm. 2. obs. 30. obs. 1.* obligatur autem in id. ad quod principalis tempore fideiussionis obligatus erat, siue fors fuerit, siue vsura, *l. 8. C. quod cum eo qui in al. pot. l. 68. §. 1. h. t.* cum in contractibus, quæ à principio placuerunt, inspicere debeant, *l. 1. §. si seruus. 30. de pos. & seruanda sint, d. l. 1. §. 6. l. contractus. 23 de R. I.*

55. Neutiquam tamen fideiussor simpliciter acceptus obligatur ad vsuras, accessiones vel interesse, quæ ex mora & delicto principalis debitoris obligationem principalem accedere possunt, *l. 68. §. 1. h. t. l. libertus. 1. §. fin. ad munic.* Nam licet rei principalis mora obligationem fideiussoris ante contractam perpetuet, sicq; quantum ad obligationis perpetuationem eidem noceat, *l. 91. §. 4 de V. O. l. 88. l. 49. d. t.* nempe vt nascatur actio contra fideiussorem ratione sortis: nouam tamen non inducit obligationem, sed prior manet, neque ex mora illa nouam aliquam rem promissam esse probatur, cum fideiussio sit stricti iuris. *Accurs. in l. 1. in fin. vbi Dd. C. de transact. per l. 3 de carb. ed. Vves. C. ad S. C. Vell. in fin. & ff. h. t. n. 6.* quæ semper stipulatione, seu verbis constituitur, *l. 12. C. eod.* ideoque nihil, nisi de quo expressè ab initio conuentum est, in eam veniat, *l. 7. §. 1. l. 99 de V. O.* præsertim quia promissio illa simpliciter sese refert ad tempus contractæ obligationis, *l. Rutilia. de contr. empt.* Tempore autem illo nihil præter sortem in obligatione erat: ad nihil igitur aliud, præter quam sortem, id est, quod iam in præsentem esset debitum, fideiussor se obligasse censetur, *l. per retentionem. l. pignoribus. C. de vsur.* non quod de futuro accresceret, cum sua culpa nihil commissum arguatur, *d. l. 17. §. fin.* adeoque ipsi non imputandum sit, quod reus propter moram suam non præstitit, *l. fin. h. t.* Iniquum enim esset alterum ex alterius facto damnificari *l. 27. de neg. gest. l. 44. d. her. inst.* quoniam poena suos debet tenere authores, *l. 22. C. de pæn.* & mora sua cuiq; nocet, *l. 173. §. 2. de R. I.* nisi fideiussor se nominatim ex mora debitoris obligari velle promiserit: quo casu vi obligationis suæ fideiussor tenebitur, *l. 1. C. de iud.* Latius hac de re differentem vide *Hypol. d. rubr. n. 92. Gædd. d. tr. c. 11. concl. 10. n. 124. Coras. 2. misc. 12. Coler. de proc. exec. p. 1. c. 10. n. 351. Arum. exerc. 13. th. 16. Hering. c. 24. num. 124. Franc. c. 5. n. 25.*

56. Excipimus casum, quando fideiussor intercessit in omnem causam expressè vel tacitè, ita vt de eius voluntate ex negotij conditione, & vsu cõstet, in omnem voluisse causam se esse obligatum. Tunc enim quin non minus ad vsuras, & interesse ac ipse principalis teneatur, non dubitamus per *l. 5. C. de pact. int. empt. l. 54 §. Paulus loc. t.* Siquidem interpositione fideiussionis in omnem causam declarat satis hanc in se esse intentionem, & mentè, vt ad accessoria quoque efficaciter se obstrictum velit. *Coras. d. l. Hæn. 15. th. 12. Bronch. 4. ass. 54. Tr. 1. diss. 23 th. 5. l. t. D. & Diss. 29. th. 3. lit. F. Vult. ad S. fideiussores. l. h. t.* Vnde sibi acceptum ferat, quod ab initio ita sit pactus, *l. 68.*

§. 1.



§. 1. h. t. l. 2. §. pœnam. de adm. rer. ad ciu. cum aliàs ex morâ rei damnum non pateretur, l. 44. de her. inst. nec pro alienis debitis molestaretur; vt loquitur l. vn. C. vt null. ex vic. Sanè cautè creditores hodiè faciunt, qui ad amputandas superfluas contentiones, & rixas in concipiendis instrumentis obligatorijs cautionem recipiendo, verba inseri curant, in omnem causam atq; euentum, ad vsuras, accessiones, & interesse fideiussorem velle obligari. Quod enim futurum timetur, ab initio præcaueri nunquam satis potest:

Ast præuisa minus tela nocere solent.

57. Præmissis hisce, obiter hic attingere placet quæstionem, an principali moram non committente, fideiussor ex propria mora conueniri possit? Et quidem secundùm summam iuris rationem, si reus non faciat morâ, nec fideiussor tenebitur, quia nullo suo iure proprio vtitur, sed eius tantum pro quo intercessit, idcirco iuxta naturam accessionis causâ principali sublatâ tolluntur & accessiones, l. 43. de solut. l. 19. de dol. mal. imò etiam si fideiussor moram solus fecerit, tamen eum non teneri nominatim in l. 32. §. ult. de vsur. scriptum habemus; cum fideiussor rem non debeat, aut promiserit, sed reus principalis. Verum quia culpa cum alterius detrimento, vt creditoris, aut stipulatoris, non debet esse impunita, sed factum suum cuiq; noce e, & prodesse debet, l. 55. de R. I. l. 127. de V. O. c. mora. de R. I. in 6. fideiussor moram faciens licet ipso iure non teneatur, conueniri tamen vtili actione rectè potest, d. l. 32. Giph. ad l. 49. de V. O. n. 5. & l. 91. n. 26. eod. Coraf. d. l. n. 3. & seq. ex legis sententia, Don. ad l. 49. de V. O. n. 5. & ad l. 127. n. 4. eod.

58. Ex fideiussione autem non modò obligatur in id quod tempore fideiussionis erat in debito, is qui ritè spondit, sed & eius hæredes, § 2. I. h. t. l. 4. §. 1. ff. eod. l. 4. C. d. t. quorum si plures sint, & res in obligationem deducta diuisionem recipiat, quilibet pro parte tenetur, l. 24. l. 49. §. 1. ff. eod. Ratio verò, quod & hæredes obligationi sunt suppositi, est, quia obligationes, quæ veniunt ex conuentione, vtrinque sunt in hæredes transitoria, vnde est, vt qui ex conuentione est debitor, ipse teneatur, & eo defuncto ipsius heres, l. c. de probat. Quemadmodum igitur in omnibus contractibus tralaticium est, vt facto defuncti hæres constringatur, & actiones ex contractibus provenientes ad hæredes & contra hæredes transmittantur, l. 49. de O. & A. l. 59. l. 143. de R. I. t. t. vt act. ab her. & cont. Sic & hæc actio in eos datur, cum omnis stipulatio, siue in dando, siue in faciendo, siue mixta inueniatur & ad hæredes & contra hæredes transferatur, l. 13. C. de contr. stip. l. 2. de V. O. d. l. 49. Nec hæres recusare poterit, quod defunctus non potuit l. 44. ad S. Ct. Treb. quoniam in omne ius defuncti succedit. l. 11. de diu. & temp. præscr. l. 1. §. 15. de vsuc. l. 6. de exc. l. 9. de R. I. adeoque adeundo hereditatem defuncti voluntatem comprobare intelligitur, l. 55. §. 1. ad S. Ct. Treb. l. si ab eo. C. de lib. ca. & omnibus obligationibus hæreditarijs se subijcit, & sponte etiam suo facto ligatur. Hinc fictione iuris cum defuncto vnâ eandemque personam habere censetur, l. hæres. 27. de vsurp. & vsucap. l. 56. de cond. & dem. æquum  
igi-



igitur est, quod hæres nō sit melioris conditionis, quam ipse defunctus, l. 179  
§ 1 de R. I. quippe cuius bonā vel hæreditatē accipere debet cum suo com-  
modo & incommodo, onere & favore l. 24. l. 119. de verb. sig. Gadd. d. tr. c. 9. n.  
146. V. Vurm. t. 29. O. 2. H. Hartm. t. 30. obs. 1. Et hoc quidem procedit, etiam si  
in instrumento heredū specialiter mentio facta non sit, Acc. d. §. 2. l. h. t. per  
d. l. 13. nisi probetur aliam fuisse mentem contrahentium, H. Hart. d. O. n. 4.  
vel aliter alibi receptum sit, vt in Megapoli, & in Ducatu Lunenburgensi ob-  
seruari refert, Pist. 3. cons. 1. n. 46. 47. In stipulatione enim sequimur id quod  
in regione, in qua actum est, frequentatur, l. 34. de R. I. l. 3. de l. l. 3. §. tale. de  
supell. leg. Nec hæc consuetudo naturali æquitati aduersatur, l. vn. C. vt null.  
ex vic. licet contraria fortè sit iuri scripto, l. 24. C. h.

58. Similiter obligationem ad hæredes non extendimus, si disertè ita pa-  
ctus sit fideiussor, veluti si dicat, *doch meinen Erben vñ Erbnehmen ohn schädlich*,  
Tunc enim obligatio censetur personalis, quæ cum persona extinguitur. l. 21  
§. fin. de pact. l. 8. §. 3. de lib. leg. Vel si conuenerit, vt in locum defuncti fide-  
iussoris intra certum tempus substituatur alius per principalem, vel ipsos  
fideiussores, id quod cum creditoris consensu fieri debet, l. 25. C. de pact.  
Ideoque hæres exceptionis ope se tueri poterit, sibiq; creditor imputaue-  
rit, quod conventionis legem non dixerit apertius, l. 39. de pact. Idem obti-  
net si instrumentum solum fideiussorem sonet, si hæres ignorarit debitum,  
intercessionem uē defuncti, si creditor debitoris fiat hæres, vel fideiussor ad  
obstadium, aut ratione moræ ad carcerem vel arrestum se obligauerit, de  
quibus & pluribus alijs exceptionibus. vide latè & eleganter, Franc d. c. 5.  
n. 81. vsque 107.

59. Fideiussore sic obligato in creditoris olim erat arbitrio & potestate,  
prius conuenire ipsum debitorem principalem, vel fideiussorem, l. 3. l. 5. l. 19.  
C. h. t. Cū verò ex præcedentibus pateat fideiussorem alieno laborare mor-  
bo, gl. inc. de nostra. de procur. & ex mera beneuolentia intercessisse, huic  
ipsius miserabili conditioni leges beneficijs, siue remedijs quibusdam, ne  
officium suum nimis graue, & onerosum ipsi foret, benignè succurrere vo-  
luerunt, quibus se tueri, & insultus creditorum importunos deflectere quo-  
dammodo posset. Et huiusmodi quidem remedium habetur in Nou. 4. c. 1.  
cuius constitutionis summa continetur in *auth. presente. C. h. t.* qua fideiuf-  
sori prospectum est, vt ante omnia reus principalis, *der Hauptschuldiger* con-  
ueniatur, & experiendum sit prius, quod debitoris humeri valeant, quid  
ferre recusent, anne spes supersit consequendi debiti? hac verò fallente, ad  
fideiussores demum perueniatur, qui ex liberalitate, & beneficio accedunt,  
ac veluti in vltimum subsidium seruantur, d. Nou. Nam valdè durum & a-  
sperum esset, si ordine non seruato in conueniendo prius principali, fide-  
iussor, qui gratis intercessit, ante ipsum hæc actionis molestias persenti-  
scere, sicque suæ beneuolentiæ damnum ferre cogeret, qui tamen longè  
melioris conditionis esse deberet, quàm ipse reus, ex cuius bonis equè com-  
modè creditoribus forsā satisfieri posset. Quocirca fideiussor hoc casu

E

rectè



rectè exceptionem de principali non ex uiso opponet, si vero actor replicaret, non necessariam esse discussionem, quia non fit soluendo debitor; hoc ipsi probandum erit, *Gail. 2. obs. 27. & seq. Franc. c. 5. n. 297.* Vocatur autem vulgò hoc remedium, beneficium ordinis, nonnunquam beneficium excussionis fideiussoribus competens, quamuis multas adijciant Interpp. exceptiones, quibus & ante principalem excussum possint conueniri *Gail. d. l. Myns. 2. obs. 15. & ad §. 4. Inst. h. t. qui 12. recenset. Goth. ad l. 3. C. eod. lit. F. ubi enumerantur 15. Hering. c. 27. p. 1. commemorat 24. limitationes, à n. 185 vsq; ad fin. De quo, quando, quo casu illud competat, & quando cesset, vide fuse *Caro. de excus. bon. Fach. 8. contr. 52. & 4. seqq. Franc. d. c. à n. 146. vsq; 430.**

61. Hoc loco non inconueniens est proponere quæstionem in foro practicorum fertilissimam, an fideiussor, qui se tanquam principale constituit, *der auß einer andern Schuld/sein eigen propei Schuld gemacht/oder sich ohn einige bedingung als einen selbst Schuldner verschrieben vnd versprochen hat /* uti possit beneficio ordinis? Negantium opinionem veritati magis congruere putamus. Nam constat quidem accessorium non peruertere principale, sed illud ab hoc semper præuerti, ut proinde, cum fideiussio sit accessoria, contra naturam fieri videri posset, si accessoria misso principali decimentur: Verum enimvero, quia conuentio, & voluntas cõtrahentium fert legem contractibus. *l. 1. §. 6. depos. l. 34. de R. I. & pacta conuenta vim reformandi sibi sumunt, l. 24. d. t. utique regulariter prohibitum per pacta licebit.* Ideoque actionem nostram rectam aduersus fideiussorem, qualem fingimus, dirigimus. Etenim in contractibus nullum verbum, nedum clausula, sine virtute & energia operandi esse debet, *l. si quando. de leg. 1. l. si stipulatus de vsur. sed verba singula cum effectu sunt accipienda, l. 1. §. 1. vers. hac autem. ff. quod quisq; iur. l. 1. §. 2. in fin. ne quis eum qui in ius voc.* Ne itaque frustranea fiat obligatio, quæ in vicem principalis adsumpta est, meritò hic quoque verba cum effectu sunt exaudienda. Nam quorsum alioquin proficerent verba ista (quæ strictè & prout sonant intelligi debent, *l. 69. de leg. 3. l. Labeo. 7. §. 2. de supell. leg.*) constituto me principalem, *ich mache mich selbst schuldig?* Quo different inuicem fideiussor simplex & talis constituens? quid opus esset alijs, atque distinctis nominibus, cum in instrumentis omnis superfluitas maximè sit fugienda, *Hippol. d. rubr. n. 62.* Hinc nouationis colligitur præsumptio, quæ ipsum beneficio hoc penitus reddit indignum, *gl. in d. auth.* Omnimodo enim priorem obligationem in posteriorem transfundit, eandemq; respectu creditoris dirimit totaliter. Nec est quod fideiussor super iniquitate conqueratur, cum volens recesserit ab hoc beneficio, quod in ipsius fauorem erat introductum, suaque sponte sibi hanc obligationem contraxerit *l. 36. §. 1. de iud.* Quare sibi imputabit, qui tali verborum generalitate est usus. arg. *l. fin. C. de prom.* atq; ita facto ipso beneficium à sese auertit, *Natta. conf. 52. n. 1. vol. 1. Hering. c. 27. n. 85.* Et hæc sententia eò magis arridet, quod eam Spiræ in amplissimo Areopagitarum Germanicorum consensu receptam sciam, *Gail. 2. obs. 28. n. 6. Arum. exerc. 13. th. 17.* Ac ita etiam in Scabinatu Ienensi pronuntiatum esse scribit *Coler. de process. exec. p. 1. c. 10. n. 307.*



62. Quid verò si mediante iurifurandi religione fideiusserit? Adhuc eum ordinis beneficiū allegare posse statuimus, eo præcipuè fundamento, quod iuramentum non extendat, neq; augeat obligationem, sed solum religionis vinculū addat, & naturam actus, vel contractus sequatur, super quo interponitur, *l. fin. de lib. ca. l. fin. C. de non num. pec. Gail. 2. obs. 69. n. 5.* Sed natura obligationis fideiussoria est, vt fideiussor non possit conueniri ante principalem, *d. auth.* Ergò iuramentum contrarium effectum parere non potest, ita vt tollat hoc beneficium iuranti, cum non iurarit se beneficijs sibi concessis vti nolle, sed se seruaturum ipsam conuentionem, saluis tamen beneficijs sibi indultis, quæ tacitè excepisse, & sibi reseruasse intelligitur. Et eo ipso iuramento, ac promissioni satisfacit, quod excussione facta, reoq; soluendo non reperto, ipse velit soluere debitū, quod fide sua esse iussit. Facit quod iuramentum non sit extendendum ad incogitata, de quibus non facta mentio vlla est, cū præsertim sit stricti iuris. *Cacher. decis. 9. n. 6. Paris. conf. 12. n. 76.* Imò videretur pugnare contra LL. cum summā beneficium hoc nitatur æquitate, aded vt pium vocetur ab Imp. *d. Nou. 4. c. 1.* Tale autem iuramentum nullam vim, & efficaciam in se continet, *c. quis X. de pact. Gomez. 2. ref. 14. n. 14.* Atq; hanc sententiam probabiliorē esse & in disputando tutius obtineri posse concludunt, *Fach. 3. c. 15. Franc. d. c. n. 388. Vngep. exerc. 11. q. 8. Diff. Hering. c. 27 p. 1. n. 45. Gail. 2. obs. 27. n. 22.* Num verò hæc exceptio inter mercatores locum habeat? v. *Fach. 8. c. 53. Franc. d. c. n. 396. Hippol. d. rubr. n. 8. Gail. d. obs. n. 27.* Cōmuniter statuitur quod non, in ijs scil. negotijs, quæ ad mercaturā pertinent, eorumq; professionē; cui & nos subscribimus.

63. Ordinis beneficio si non vtantur fideiussores, vel vti nequeant, & vnus ex pluribus fideiussoribus cōueniatur, aliud ipsis competit beneficium nim. Diuisionis. Nam de iure antiquo quotquot erāt numero fideiussores singuli in solidum tenebantur, & in arbitrio creditoris erat conuenire quemcunq; vellet, etiam debitore reo non conuento, siquidem singuli principalem obligationem fide sua esse iusserint, *l. 3. l. 16. l. 23. C. h. t. §. 4. l. eod.* At postea cum D. Hadrianus videret confideiussores nimium premi, si omnes in solidum teneri deberent, *d. §. 4. l. 3.* is ad creditoris molestiam restringendam singulari æquitate, atq; cōmiseratione erga illos inductus, istud ipsis beneficij concessit, vt pluribus fideiussoribus obligatis creditor actionem inter eosdem diuidere, & à singulis virilem tantum portionem petere cogere, *d. §. 4. l. 26. l. 27. §. 1. l. 28. h. t. d. l. 3. l. 10. C. eod.* AEquissimū enim est, vt qui æqualiter obligati sunt, æqualiter quoq; soluant, *l. 12. ff. rē pup. salu. for. vtq; actio,* si omnes sint soluendo, inter eos diuidatur pro portionibus virilibus, *l. 1. §. 11 de tur. & rat. distr.* Id quod licet ipso iure nō fiat, sed de iure singuli teneantur in solidū, fit tamē per exceptionē, *Gail. 2. o. 27. n. 5.* Cōpellitur igitur creditor à singulis fideiussoribus, qui modò litis contestatæ tempore soluendo sunt, ratam petere. Eo vero tempore si vnus ex ijs soluendo non existat, ceteri deficientis portionem æquali onere supplere, & sustinere coguntur *d. §. 4.* vt sic nihilominus creditor legitimū accipiat debitū: quod autem ab alio præ-





stari nõ potest, ab alio exigitur, *l. 6. de publ. vect.* & pro non idoneis, qui sunt idonei, conueniuntur, *l. 46. §. 9. de iur. fisc.* Secus est si omnes tempore iudicij suscepti idonei sunt, postea quidam desierunt, *l. 51. §. p. h. t.* Tum enim sibi imputet creditor, cur non tempore quo soluendo reliqui fuerunt, eos conuenierit, *Hillig. 15. D. E. 48. lit. S.* Quid verò si fideiussores sese obligarunt, vt velint omnes esse obstricti pro vno, & vnus pro omnibus, hoc modo: Wir ver schreiben vns nicht allein sampt vnd sonderlich/ sondern versprechen darneben/ daß einer für alle/ vnd alle für einen zahlen/ vnd sich keiner mit den andern behelffen wollen/ an tum hoc diuisionis beneficium cessat? omninò. Hæc namque generalis renunciatio habetur pro eo, ac si specialiter renunciatum esset, *arg. l. 15. C. de test. Coler. de proc. 10. n. 444. Gædd. d. c. 9. n. 21. Hering. c. 24 n. 51.* Quando, quibus, & inter quas personas hoc beneficium cõpetat, & quando ei locus non sit. vide fusè apud *Franc. d. c. 5. à n. 431. vsque 479. & Meier. in colleg. Argent. d. sp. de fidei th. 24. & seqq.*

64. Quantumuis autem rectè conuentus fideiussor fuerit, necdum tamen soluere statim cogitur, sed habet beneficium cedendarũ actionum, quo cõcessum est fideiussori ex pluribus fideiussoribus conuento, ac solidum exoluenti, vel exoluere parato, exigere à creditore, vt reliquorum nomine cedat actiones, ex quibus id quod suam partem excessit, recuperet, à singulis tamen pro rata, *l. 17. 36. 39. l. si fidei. 42. §. idem resp. ff. h. t. Hartm. Pist. 1. q. 48.* Nec prius tenetur fideiussor soluere, quàm ei cessæ sint actiones cum instrumentis principalis, *l. 21. C. h. t.* Cũ enim reliqui confideiussores huic non sint obligati, ei quoq; nihil iure restituere tenerentur, *d. l. 39. l. 11. C. eod. l. 76. l. 95. §. de solut.* & sic fideiussor de toto debito à se bona fide exsoluto periclitaretur, *Castr. in d. l. 42 §. idem. n. 3.* adeoq; summâ afficeretur iniuriã, *Hippol. n. 28* Et hoc quidem vsque adeo verum est, vt si fideiussor actualiter paratus sibi actiones cedi petat, creditor verò eas cedere nolit, vel culpa sua nequeat, creditor ab agendo repellatur, nec fideiussor, vt soluat, opus habeat, *d. l. 11. Zang. de exc. c. 16. n. 30.* Quod si autem creditor vltius agere pergat, exceptio doli mali ipsi opponitur, quæ datur ex æquitate. Dolo facit creditor, qui debitum cupit, nolit tamen cedere actionem, per quam fideiussor extra damnum constituatur, cum qui vult consequens, id est, solutionem à fideiussore, teneatur etiam velle necessarium antecedens, nimirũ vt prius ei cedat actiones, præsertim quia hoc fieri potest absq; cedētis incommodo, soluentis vero commodo, sed æquum est vel hoc saltem consequi, quod sine dispendio creditoris futurũ est, *l. 38. de euict.* Petenda igitur est celsio actionum ante solutionem, vel in ipso solutionis actu, non post solutionem ex interuallo, nisi interpretatio fiat ex æquo. *Heig. 1. ill. qq. 38. Boc. cl. 2. disp. 16 th. 37* vel pactum, siue protestatio de cedendis sibi deinceps actionibus, solutioni adiecta fuerit, *Schneid. in §. 4. n. 24. l. h. Coler. d. tr. p. 1. c. 10. n. 368.* Aliàs sibi imputabit fideiussor, qui soluit, quod beneficio sibi competenti non fuerit vsus, *d. §. 4. d. l. 36. h. & l. 76. de solut.* Latius de hoc beneficio differentes, vide *Franc. d. c. n. 480. Meier. d. Disp. th. 32. Heig. 1. q. 38. Gædd. c. 9. n. 114.*

65. Actio-





65. Actionibus cessis, & solutione facta, adhuc alio modo fideiussoribus pro reo principali solventibus, consultū est. Possunt enim aduersus ipsum principalē, pro quo fideiusserunt, ac soluerunt, actione mandati experiri, ad repetendum id quod soluerunt, §. 6. *l. h. t. l. 64. ff. eod. l. 10. §. 11. l. 22. pr. & §. 1. l. 26. §. 3. & 4. l. 29. l. 33. l. 45. §. 4. 5. l. 51. l. 56. §. 1. mand. l. 6. C. eod.* quoniam mandasse intelligitur debitor, vt fideiussor solueret, *l. indebitam. de cond. ind.* Quod si vero intercesserint pro absente sine mandato, negotiorū gestorum actio ipsis competit, *l. 20. §. 1. mand. Duar. de fidei. c. 7. Oldend. act. for. cl. 4. act. 24. n. 4.* Hoc namq; nisi fieret, res nostræ sæpius propter absentiam nostram damno afficerentur, nec facile amicus reperiretur, qui interueniendo, vel gerendo, aliaue ratione nobis succurreret, si de eo, quod de suo utiliter impendisset, non habiturus esset actionem, *l. si quis. de O. & A. l. 1. de neg. gest.* Hinc fit vt fideiussor hac actione consequatur nō tantū id quod soluit, sed & damna & interesse, *c. 2. X. h. t. l. 27. §. 4. l. 56. 4. mand.* ne fides ipsi sit damnosa, qui non aliter præsumitur eam obligare voluisse, quā hac cum securitate vt indemnus feruetur, *l. 1. §. 2. ad S Ct. Treb. Coler. p. 4. c. 1. n. 88.* nisi donandi animo eum interuenisse constet, *l. 5. pr. de lib. leg. l. 9. §. 3. ad S Ct. Treb. l. 32. de pact.* vel ipsius desidia aut negligentia ob omiffas fortè exceptiones imputari quicquam possit, *Hippol. d. rubr. n. 193.* vbi etiam damna casu fortuito emergentia præstari tradit. Antequam tamen soluerit fideiussor agere non potest, nisi in certis quibusdā casibus, *VVes. in π. h. n. 6.* quibus ipse agit pro exoneratione, vt loquitur *Bach. ad Tr. d. sp. 18. th. 6. lit. C.* vt scil. liberetur ab obligatione sua, quod potest actione mandati contraria. Illos autem casus vide apud *Don. 13. c. 11. Meier. d. h. th. 14. Franc. d. c. 5. n. 554. Bach. d. l.*

66. His ita ad fideiussionis contractum pertinentibus expositis, restat vt eius contraria, modos scil. quibus rursus dissoluatur, peruoluamus. Quicquid enim certo modo constituitur, certo quoq; modo dissoluitur, *l. 35. l. 100. l. 153. de R. I.* & solutio est necessaria, vbi vinculum extitit, *Hering. c. 20. n. 3.*

67. Primus itaque tollendæ fideiussionis modus est solutio, quæ est naturalis rei debitæ præstatio, *l. 49. de solut.* qua principalis debitor, vel alius eius nomine ab obligatione, qua deuinctus est creditori, liberatur, *l. 36. h. l. 37. de solut.* Nil autem interest vtrū ipse principalis debitor soluat, §. 1. *l. quib. mod. obl. toll. l. 43. de sol. l. 2. C. de fidei. tut.* siue fideiussor, *d. §. 1. d. l. 36.* siue fiscus ad quem bona deuoluta sunt, *l. 15. C. h. t.* siue alius quicunq; rei debitoris nomine, vel ipso sciente, vel ignorante, vel etiam inuito & prohibente, *l. 23. 40. 53. de solut. l. 50. mand. d. l. 15.* modò creditori satisfiat, *pr. I. d. t.* Attamen si ipse principalis soluerit, liberatur non solū ipse principalis, sed & eiusdē fideiussores, *d. l. 43. l. 19. in fin. de dol. mal.* quia cessante principali, cessat quoq; accessorium, *l. cum principalis. de R. I.* Si verò fideiussores creditori satisfecerint, liberatur quidem principalis respectu creditoris, cui vterq; erat obligatus, respectu autem fideiussoris solventis, manet obligatus ex causa mandati, *l. 71. §. 1. de solut. l. 20. §. 1. mand. d. l. 43.*

68. Nouatione tolli obligationem fideiussoriam non anabigitur, si modò



in sequenti fideiussōres se non obligarunt, *l. 4. C. h. t. l. 18. de nouat. l. 60. ff. h.*  
Quod enim ego debeo, si alius promittat nouandi causa, liberare me potest,  
dicit *tx. in l. 8. §. vlt. de nouat.* Omnino vero requiritur, vt disertè hoc agatur,  
vel certissimis coniecturis haberi possit, contrahentes voluisse priore ob-  
ligatione perempta, fieri nouam, *l. fin. C. de nouat.* Hodie namq; nisi hoc no-  
minatim exprimat, nouatio subesse non præsumitur, ideoq; nec prior ob-  
ligatio tollitur, *d. l. f. l. si delegatio. vbi Sali. n. 3. C. eod.* ne quidē ope exceptio-  
nis, *Tr. d. disp. th. 7. lit. B. VVes. in π. de nouat. n. 6. Gail. 2. obs. 29. n. 16. & obs. 30*  
*per tot. Franc. c. 6. n. 17.* Sed duæ erunt obligationes, *l. 2. de nouat.* Quibus au-  
tem modis nouatio fiat, eleganter post alios notarunt *Vult. ad §. 3. I. d. t. Tr.*  
*d. l. & disp. seq. th. 5. Gail. dd. 00.*

69. Quia etiam acceptilatio solutioni est similima, & tantundem in ef-  
fectu operatur, quantū ipsa solutio, imò ipso iure obligationem tollit, eoq;  
solutionis verbo venit, *l. 54. l. p. ff. de solut. l. 72. h. t.* nam qui acceptilatione  
solutus est, velut soluisse videtur, *l. 16. de acceptil.* non minus hac quàm so-  
lutione fideiussionem dissolui putamus, licet in eo differant, quod solutio  
fiat verè, facto nimirum interueniente, hæc verò fictè, *l. 54. de O. & A.* Vnde  
etiam imaginaria solutio dicitur, vulgò *ein Scheinzahlung.* *§. 1. l. d. t. Tr. d.*  
*disp. 29. th. 4. lit. A.* Nec refert siue ipsi fideiussori à creditore accepto latum  
sit *l. 12. §. 7. de accept.* siue reo principali. *arg. l. 7. §. 1. de exc. d. l. 72. l. 54. & p. de*  
*solut. Franc. d. c. n. 26.*

70. Confusione porrò, & successione ab obligatione liberatur fideiuf-  
sor, si nimirum hic hæres existat debitori, *l. 5. l. 14. 21. §. 3. l. 24. h. t. l. 24. C. eod.*  
quo casu accessoria tantum extinguitur obligatio, non verò principalis, ita  
vt tanquam fideiussor quidem amplius conueniri non possit, conueniatur  
tamen rectè vt principalis, vel hæres, *d. l. 5. l. 21. de iur. fisc.* vel si debitor suc-  
cedat fideiussori, & tum itidem obligatio fideiussoria perimitur, adeo vt  
reus, si fideiussoris exceptione vtatur, replicatione doli mali summovea-  
tur, *l. 14. h. l. 93. §. vlt. l. 38. §. 5. de solut.* Idem obtinet si creditor hæres fuerit  
fideiussori, quia tum morte interueniente in vnam personā ius stipulantis,  
& promittentis deuenit, *l. 71. pr. h. t.* aut vice versa fideiussor creditori, *l. 21.*  
*§. 2. d. l. 71.* quo vtroque casu reus manet obligatus, *l. 43. de solut. & d. l. 21. & 71*  
Succedit enim fideiussor in omne ius defuncti, cui etiam nomina annume-  
rantur debitorum, *l. 34. de leg. 3.* Præterea si creditori debitor, vel debitori  
creditor succedit, obligatio fideiussoris intercidit, *l. 75. 95 §. 2. de solut. l. 6. C.*  
*de pact.* cum nemo sibi ipsi debere possit, sed per confusionem omnis debiti  
petitio extinguatur, *l. 5. in fi. C. de har. act.* & nemo pro eodem apud eundem  
fideiussor esse possit, *d. l. 21. §. 3. & l. 71. l. 34. §. 8. de solut. Cui. 11. obs. 34. Bach. d.*  
*disp. 28. th. vlt. lit. C. & d. sp. 29. th. 1. lit. G. Franc. d. c. n. 95.*

71. Quin etiam fideiussor ad certum & definitum tempus datus circum-  
uoluta illius periodo, liberetur haud dubitamus, præsertim si expressè ita  
se obligasset, addita hac protestatione, se nolle ultra illud tempus teneri,  
*er wolte aufgangs der gewissen zeit ferner nicht haften/noch Bürge seyn.* *per l. 7. C.*  
*loc.*



loc. l. 25. §. fin. de arb. l. 27. vers. sancimus. C. h. t. Hippol. n. 89. Const. Elect. Sax. 19 p. 2. In tantum enim tempus tenetur fideiussor, in quantum se obligauit, d. l. 27. & l. 29. C. eod. nec extra verba & conuenta expressa fideiussio est extendenda, l. 99. de V. O. Myns. 6. obs. 53. n. 4. Gail. 2. obs. 30. n. 12. cum contractus sit stricti iuris, Franc. c. 4. n. 69. VVes. in π. h. n. 6. Ideoq; nec fideiussores tenebuntur, nisi quatenus promiserunt, l. 2. §. sed si. qui satisf. cog. l. solutioni. §. 2. de pign. act. tametsi principalis amplius teneretur, l. 8. §. 7. & fin. h. t. VVes. I. conf. 14. n. 89.

72. Hic quaestio exoritur varijs ICTorum concertationibus mirificè vexata, videl. an prorogatione termini solutionis à creditore, fideiussore inscio, debitori facta, fideiussor obligationis nexu liberetur? Communiter Dd. distinguunt inter fideiussionem simplicem, ad tempus certum non restrictam, & conditionatam, siue limitatam ad certum tempus: Et priori quidem casu facta prorogatione non liberari, posteriori vero fideiussorem liberari contendunt; quam distinctionem rejicit Franc. d. c. 6. n. 52. fideiussorem hoc modo nullatenus ab obligatione eximi statuens, idq; iure optimo. Notum quippe est, creditorem non prorogare terminum, propterea quod velit obligationem nouare, cum nouatio non nisi expressè de ea inter contrahentes agatur, fiat l. fin. C. de nouat. Sed tantum ad differendam exactiōnem, vt debitor interuallum habeat, quoad solutionem vrgeri nequeat, l. 2. §. si post. 14. mand. Est enim prorogare hoc casu solutionem, & exactiōnem differre, l. 31. de R. I. l. 25 §. 1. de arb. Deinde actus vltra agentium intentionem nil operantur, l. 3. §. fin. de O. & A. Sed eam creditoris intentionē fuisse nō præsumitur, vt fideiussorem liberatum esse voluerit, nec dies adiectus facit, quo minus etiam post eum diem conueniri quis possit, l. 59. §. 7. mand. cum nullibi in legibus expressum habeamus, tempus modum esse tollendæ, vel inducendæ obligationis, contra l. 44. §. 1. de O. & A. Insuper facit, quod prorogatio facta intelligitur cum omnibus suis qualitatibus, & accessorijs, adeò vt non minus in secundo, quàm in primo termino fideiussor teneatur, Franc. d. c. 6. n. 53. Interim si debitor sæpiùs terminum proroget, ita vt diutius in obligatione detineatur fideiussor, aliud huic remedium paratum est, vt agat ad exonerationem tantò iustius, quod facto creditoris solutio differtur: Hodie verò cauti creditores sæpè solent addere clausulam peculiarem, daß er der Bürgschafft nicht ehe wolte losz seyn/ es sey dann Brieff vnd Siegel durch erbare Zahlung erlöset Trent. d. disp. th. 4. lit. G. Vngep. exerc. 11 q. 7. in Nego. Hancque sententiam & in iudicando & in consulendo tenendam monet. Coler. d. c. 10. n. 303. & 311. Arum. exerc. 13. th. 20. Riem. dec. 10. q. 5.

73. Meritò hic quoque in disquisitionem venit, an fideiussores dare obligatus, pignora dando, inuito creditore liberetur? Negatiuam tuemur. Nam cum tota obligationis substantia pendeat ex conuentione, t. t. I. de obl. certè qui fideiussorem expressè dare promisit, inuito creditore pignora dare non poterit, quia aliud pro alio inuito creditore dari nequit, l. 1. in fi. de reb. cred.

etiam si





etiam si melior conditio efficiatur, §. *præerea*. I. *de act. l. fin. de vs. & hab.* Aliam pro hoc Ias. in *l. x. qui satisf. cog.* adducit rationem, quod nimirum labor esset, & maius periculū in custodiendis pignoribus, quæ si medio tempore damna acciperent, creditor resarcire cogeretur, *l. quemadmodum. §. p. ad L. Aquil. Hippol. nu. 298.* Dolum namque & culpam præstare cogitur, *l. 5. §. 2. l. 18. si pr. ff. commod. l. 23. R. I.* quam non præstaret, si haberet fideiussorem. Pignora enim interire possunt, etsi diligenter afferues, fideiussoris vero obligatio non item, quæ nec cum morte hæredis intercidit, sed ad quosuis hæredes transit, §. 2. *I. h. t.* Expediitior etiam est modus conueniendi fideiussores, quàm distrahendi pignora, utpote quæ non semper emptorem inueniunt, & nisi varia circumductione distrahantur, *t. t. C. de distr. pign. & C. de iur. dom. imp. Arum. disp. ad ff. 16. th. 9. & exerc. 3. th. 18. exerc. 12. thes. 17. Negusant. de pign. p. 5. membr. 1. n. 1. & seq. Don. 15. comm. 48. lit. F. & 23. comm. 9. lit. O. Franc. c. 4. n. 143.*

74. Morte denique licet omnia soluantur, *Nou. 22. c. 20.* non tamen ita fideiussores liberantur, quin eorum hæredes conueniri possint, *l. 4. §. 1. h. t.* de quo egimus supra in *thes. 57.* præterquam si fideiussor pro reo ex delicto suo accusato sponderit, quo casu rei crimen cum pœna extinguitur, *l. 6. de publ. iud. l. 3. fin. C. si reus vel accus. l. 15. §. 3. ad S. Ct. Turp.* Ergò nec fideiussor tenetur *per l. 178. de R. I.* vel si iudicio sisti de præsentando videlicet reo promiserit, *l. 4. qui satisf. cog. l. 26. C. h. t. l. 10. §. si quis caut. iud. sist.* ubi reo principali mortuo, ut fideiussor euitat pœnam, *dd. ll.* quia rem impossibilem præstare nequit, *l. 69. de V. O. l. fin. §. 1. vers. idem iuru. ff. ad L. Rhod. de iact.* ita maximè eius hæredes liberantur, *l. III. §. Reg. iur. d. l. 26. circ. fin.* Plures dissoluendæ fideiussionis modos vide apud *Meier. d. colleg. disp. de fidei. th. 38. Val. Franc. d. c. 6. per tot.* Et hæc de fideiussoribus pro ingenij mei tenuitate, non pro materiæ dignitate in præsentiarum rudi penicillo adumbrata sufficiant. Errorem si quis inuenerit, non pigebit corrigere, cum in nullo penitus errare diuinitatis potius sit, quam humanitatis, *l. 2. §. 14. C. de iur. vet. enucl.*

#### C O R O L L A R I A.

- I. An vasallus rectè fideiubeat? Neg.
- II. An filiusf. pro patre incluso, vel alibi terrarum captiuus detinetur etiam inuitus fideiussor esse teneatur? Affirm.

F I N I S.



Köln, Diss., 1629-1787

ULB Halle

3


006 793 150



TA → OL









12440

53.1  
1629

6



QVOD DEVS TER OPT. MAX. FELIX  
 FAVSTVMQVE ESSE VELIT.  
 DISPVATIO IVRIDICA  
 De  
**FIDEIVSSORIBVS.**  
 QVAM  
*Consensu Nobiliss. ac Amplissimi Ictorum Collegij in  
 celeberrima Agrippinensium Vniuersitate*  
 PRÆSIDIBVS  
*Clarissimis & Consultissimis Viris ac DD.*  
 Dn. PETRO OSTERMANNO, I. V. Doctore, &  
 Dn. ARNOLDO MAESS, SS. LL. Licentiato,  
 respectiue Dictatore & Fisco.  
*Publicè sed Placidè*  
**OMNIBVS**  
*Veritatis, Iustitiæ, sui studiosis ventilandam, &  
 discutiendam proponit*  
 ARPOLDVS PHILIPPVS KOPFFIYS Hanouiensis,  
 in Ictorum Acroaterio.  
 Anno 1629. ad diem                      horis solitis.



COLONIE AGRIPPINÆ,  
 Excudebat Petrus Metternich, prope Augustinianos.

